„ бꙋдетъ.„ Оттꙋдꙋ ѡбразы, скверносло́вныѧ пѣсни, книги ѿ срамной похотѣ списаныѧ, ꙗкѡ крѣпчайшаѧ къ блꙋдꙋ возбꙋжденїѧ, ꙗкѡ змїѧ да ꙋдалитъ ѿ себе. Да блюдетъ себе еще постникъ, да не какѡ изблеваннаѧ ѿ скверносло́внагѡ нѣкоегѡ блꙋднаѧ словеса со сладостїю слышитъ, многѡ меньше самъ да изречетъ ѧ. Вїно, в немже есть блꙋдъ, малѡ и мѣрнѡ, стомаха ради да пїетъ. Восходѧщаѧ иногда к сердцꙋ егѡ нечистаѧ помышленїѧ теплыми молитвами да прогонѧетъ, и ѿ себе ꙋдалѧетъ. Да возбранитъ имъ входъ истиннымъ страхомъ бж҃їимъ, и внꙋтреннѧѧ своѧ торжественнѡ сотворенагѡ имъ ѡбѣта, частымъ и дѣйственнымъ воспоминанїемъ да ѡградитъ. Да воспрїиметъ во ꙋмъ златое ѻно ст҃агѡ Ефрема Сѵрина въ первомъ ꙋвѣщанїи къ начинающемꙋ Монахꙋ реченїе: „ Даръ себе принесли есмы „ Гд҃еви, не ктомꙋ владѣемъ тѣломъ „ нашимъ. Аще бо ꙋтѣснѧемсѧ, аще и „ ѡбꙋреваемсѧ: по самохотѣнїю нашемꙋ, „ даръ ꙋже не лѣть намъ есть ѿѧти; Ащели же паки и нехотѣвшꙋ емꙋ сердце егѡ ꙋѧзвитсѧ, да потщитсѧ тое скорымъ исповѣданїѧ, и истиннагѡ сокрꙋшенїѧ врачевствомъ исцѣлити. Ꙋстаже своѧ ѿ бло-

maledicendi libidine illibatum conservet.

CAPUT VII.

De perseverantia in Instituto.

Plenam vero palmam ex virtutibus hisce capturus asceta cogitet: Quod Dominus Mathæi cap. 10. v. 22. eos pronunciaverit salvos futuros, qui ad finem usque perseveraturi sunt. In fervore igitur cæpto nequaquam flaccescat, sed arduo licet, & spinoso, quem semel ingressus est, monastices tramite, pede irretorto, ultro semper procedat. Revocet in animum dictum illud Domini Lucæ 9. v. 62. „Nemo mittens manum ad aratrum, „& respiciens retro, aptus est regno „Dei.„ Exhorreat iram inexorabilem Regis, qui Lucæ 19. v. 27. regnum suum detrectantes interfici jusserat. Ferat, quod sustulit, suave Domini jugum, & gestet constanter, quod assumpsit, leve ejus onus. Dominus enim reficiet eum, & dabit animæ ejus requiem. Si quando vero animum ex proprio cœnobio in aliud transeundi desiderium subiverit, meminerit plantas, quæ aliorsum transferendæ ex areola priori evelluntur, non ita esse in tuto, ac eas, quæ in loco pristino intactæ permanent. Recordetur porro volunta-

злословіѧ, ѿ хуленіѧ, и проклинаніѧ, неизвѣрна, и непорочна да соблюдаетъ.

ГЛАВА СЕДМАѦ.

Ѿ Пребыванїи въ монашескомъ Чинѣ.

Во еже полную честь ѿ сихъ добродѣтелей стяжати, да помыслитъ, ꙗкѡ Гдь Матѳ. Гл. 10. ѵ҃. 22. спасеніе тѣмъ токмѡ ѡбѣщалъ есть, иже до конца претерпѣти будутъ. Тѣмже убо еюже нача теплотою, до конца да пребываетъ, и стропотною и терніѧ полною, на нюже вступилъ, монашества стезею, прочее всегда да ходитъ. Да восприиметъ во умъ реченіе оно Гдне Лук. Гл. 9. ѵ҃. 62. „Никтоже возложь „руки своѧ на рало, и зрѧ вспѧть, управ„ленъ есть въ Царствіи Бжіи.„ Да устрашитсѧ неумолимагѡ Царѧ иже Луки Гл. 19. ѵ҃. 27. Царства егѡ ѡтметающихсѧ убити повелѣ. Благое иго Гдне, и легкое бремѧ, еже на себѣ взѧлъ, постоѧннѡ да носитъ. Гдь бо прохладитъ его, и души егѡ дастъ покой. Ащели когда желаніе взыдетъ въ сердце егѡ, ѿ своегѡ, въ немже пострижесѧ, Мнтрѧ во инъ прейти, да помѧнетъ, ꙗкѡ садъ съ мѣста своегѡ возторженъ, во еже пресажденну быти ему во инную землю, не такѡ извѣстный имать животъ и успѣхъ свой, ꙗкоже иже въ земли своей

tem se suam penitus abjurasse, eamque ductui superiorum plene subjecisse. Atque ita citra omnem inconstantiam, & animi fluctuationem, tranquillus, in quo professus est, monasterio perseveret.

PARS SECUNDA.

De variis, præter præscriptam votorum observationem, ad perfectam status monastici tam internam, quam externam disciplinam pertinentibus.

SECTIO PRIMA.

De his, quæ ad internam Monastices spectant disciplinam.

CAPUT. I.

De officiis ecclesiasticis, seu de precibus.

1.

Ante omnia oportet, ut superior monasterii constitutum singulis divinis officiis tempus, cum forte hora pro diversis anni vicissitudinibus, aut ecclesiasticæ di-

своей непоколебимъ оставляется. Да вѣсть ктому, яко онъ воли своея конечно отреклся, и яко мановенію настоятелей волно поработи ю. И сице всякое непостоянство и волненіе души отогнавъ, въ монастырѣ, въ немже постригся, благотишенъ да пребываетъ.

Часть вторая.

О различныхъ, кромѣ предписаннагw, обѣтовъ храненія, внутреннагw вкупѣ и внѣшнагw совершенства монашескагw чиноправленія касающихся.

Раздѣленіе первое.

О тѣхъ, яже внутреннагw монашескагw чиноправленія касаются.

Глава первая.

О церковныхъ Послѣдованіяхъ, то есть: о молитвахъ.

1.

Прежде всѣхъ подобаетъ, да настоятель оустановленное коемуждо божественному послѣдованію время, егда сиречь часъ, разнствія ради лѣтныхъ,

или

disciplinæ temporibus mutanda foret, fratribus universis promulget.

2. Ut vero in singulis hora statuta eo certius observetur, oportet, ut superior fratrum noctu excitandorum curam vigilantiori cuidam, ac solertiori fratri committat.

3. Hic excitator post primum campanarum sonum, singulas fratrum cellas obeundo, fores eo usque lente, ac modeste pulset, donec fratri expergefacto lumen inferat.

4. Fratrem hunc pulsantem, excitatus durioribus verbis nunquam adoriatur, nedum repellat; sed tanquam lætum nuncium, qui eum vocet, ut ad Deum accedat, hilari animo recipiens, ad divina se officia prompte conferat.

5. Interdiu autem fratres, unius pluriumve campanarum, simplici, aut pro ratione festivitatis, triplici pulsu, ad divina officia convocabuntur.

6. Ad constitutam divinorum officiorum horam omnes omnino fratres tam novitios, quam professos, tam Hiero - quam monachos (nisi id postremis his neces-

sariæ

и̑лѝ цр҃ко́внагѡ чиноправле́нїѧ вре́менъ и̑змѣнѧ́тисѧ подоба́етъ, всѣ́мъ бра́тїѧмъ вѣ́домо сотвори́тъ.

2. И̑ да бы̀ оу̑стано́вленный ча́съ во всѣ́мъ ѿпа́снѡ наблюда́емъ быва́лъ, подоба́етъ, да настоѧ́тель бодрѣ́йшемꙋ нѣ́коемꙋ и̑ недремли́вомꙋ бра́тꙋ возложи́тъ попече́нїе, е̑́же бра́тїю но́щїю возбꙋжда́ти.

3. Сей бꙋди́льникъ по пе́рвомъ гла́сѣ зво́нъ, всѧ̑ бра́тїй ке́ллїи ѡ̑бходѧ̀, врата̀ ти́хѡ и̑ оу̑мѣ́реннѡ оу̑дарѧ́етъ, доне́лѣже бра́тꙋ возбꙋ́ждшꙋсѧ, свѣ́щꙋ внесе́тъ.

4. Бра́та е̑го̀ оу̑дарѧ́ющаго, возбꙋждасѧ никако́же да злосло́витъ, нижѐ е̑го̀ ѿ себѐ ѿгонѧ́етъ: но ꙗ̑́кѡ радостотво́рнаго вѣ́стника, е̑го̀ къ Бг҃ꙋ пристꙋпи́ти зовꙋ́щаго, ве́селымъ се́рдцемъ да прїи́метъ, и̑ къ бж҃е́ственномꙋ послѣ́дованїю ве́селѡ да и̑де́тъ.

5. Дне́мъ же бра́тїѧ, е̑ди́нагѡ, и̑лѝ бо́лшихъ зво́нъ, про́стымъ, и̑лѝ ꙗ̑ко́вый пра́здникъ е̑́сть, тре́гꙋбымъ ѡ̑глаше́нїемъ, на церко́вное славосло́вїе, да созыва́ютсѧ.

6. На оу̑ставле́нное вре́мѧ церко́внагѡ славосло́вїѧ, бра́тїѧ всѧ̀, начина́ющїи же и̑ пострижени, сщ҃е́нно и̑ мона́сы (а̑́ще то́чїю послѣ́днїи сїи нꙋ́ждными нѣ́кими

дѣла-

fariæ plane prohibeant operæ) in ecclesia comparere oportet

7. Ab hac interim obligatione ii, qui adversa sunt valetudine, & qui his adsistunt, vel jussu superioris, forte peregre profecti absunt, liberi sunto. Posteriores tamen hi, tempus postmodum nacti, preces consuetas vel in cella quisque sua, omnino perficiant.

8. Cæterum si quis expergefactus ad tempus lectionis ecclesiasticæ ægre ferat, &, quod absit, excitatorem convitiis petat, aut integra alias corporis valetudine ad officium divinum venire neglexerit, ad tempus, arbitrio superioris statuendum, a reliquorum consortio segregetur, aut unam hebdomadam jejunet.

9. Congressos in unum fratres summa cum devotione, tanquam Deo collocuturos, in Ecclesia ordine suo stare oportet. Hunc vero ordinem, seu loci præcedentiam, ex dignitate, statu, & professionis die ita oportet metiri, ut qui dignitate cæteris eminent, ordine suo primi habeantur. Hieromonachos, Diaconi, subdiaconi, & monachi tandem sequantur; his autem ordine, pro die professionis congrue stantibus, novitii succedant.

10. Cantores, & lectores cum summa attentione, & compunctione

дѣлами не возбраняются) въ церкви всячески да обрящутся.

7. Отъ сея обаче должности, болящіи, и имъ служащіи, якоже и прочіи настоятеля негли повелѣніемъ въ путь отшедшіи, изяты да будутъ. Послѣдніи же сіи время потомъ обрѣтше, обычныя молитвы поне въ келліи своей всячески да совершатъ.

8. Прочее аще кто возбужденъ на время церковнагω молебствія, вознегодуетъ, и (еже не буди) будильника злословитъ, или тѣломъ здравъ сущь, божественное послѣдованіе пренебрежетъ, отъ сообщенія прочихъ да отлучится на время, елико настоятель опредѣлитъ, или седмицу едину да постится.

9. Подобаетъ собравшымся въ церкви братіямъ со всякимъ благоговѣйнствомъ аки съ Богомъ собесѣдовати имущымъ, по чинѣ своемъ стояти: чинъ же сей, или мѣста первенство отъ достоинства, чина, и постриженія дне сице подобаетъ мѣрати, яко да достоинствомъ иныхъ превосходящіи по чинѣ своемъ первыи будутъ. Священномонахомъ Діаконы, иподіаконы, и монахи да послѣдуютъ. По сихъ же пристойнымъ рядомъ по дню постриженія ихъ начинающіи да стоятъ.

10. Пѣвцы и чтецы со всякимъ вниманіемъ и умиленіемъ, безмѣрнагω и ни-

ne immoderatam vociferationem omnino vitantes, officio ſibi concredito, oportet defungi. Non feſtine, neque admodum depreſſa, ſed moderate alta voce, & diſtincte canant, legantque.

11. Ne chorus alter, vix dum clauſo prioris chori tropario, ſequens troparion, aut legere, aut canere præſumat, ſed alter alteri, priori jam tropario plene finito, æquo ſemper ſuccedat intervallo.

12. Si quis inter orandum dormiat, excitatoris erit officium, eundem modeſte expergefacere. Si quis autem poſt alternas mitiores admonitiones, inter ſacras lectiones ultro dormitare pergat, ab excitatore expergefactus, trinas verſus altare, & ſingulas, ad ſingulas adſtantium fratrum partes faciat metanias, ſeu humi proſtrationes, ut erubeſcens, ſomno eo efficacius pulſo, non ita facile ſuccumbat, tandemque data poena ad locum ſuum redeat.

13. Si quis inter officia divina facetias agere, aut garrire præſumpſerit, hebdomadam unam ab aliis ſeparetur.

14. Si quis in legendo, aut pſallendo ob inobſervantiam, errorem commiſerit, id quod negligentia deliquerat, eadem, qua dormitans, metaniarum poena corrigat.

непристо́йнагѡ во́плѧ всѧ́чески бѣгу́ще, вовѣ́ренную и̂мъ слу́жбу да совершаю́тъ: да пою́тъ, и҆ чту́тъ не спѣ́шнѡ, нижѐ ѕѣлѡ̀ ни́скимъ, но ѹ҆мѣ́реннѡ высо́кимъ и҆ вразуми́телнымъ гла́сомъ.

11. Да не дерзне́тъ и҆ный ли́къ дру́гому ли́ку тропа́рь сво́й є҆щѐ не соверши́вшу, и҆ный тропа́рь начина́ти, и҆лѝ пѣ́ти, и҆лѝ честѝ, но скончавшусѧ ѹ҆же пе́рвому тропарю̀, ра́внымъ междовре́мениемъ дру́гъ за дру́гомъ всегда̀ да послѣ́дуютъ.

12. А҆́ще кто̀ во вре́мѧ мл҃твы спи́тъ, буди́лникъ до́лженъ ти́хѡ є҆го̀ возбуди́ти: а҆́ще же кто̀ по многокра́тныхъ ѹ҆же ѹ҆вѣща́нїѧхъ во вре́мѧ сщ҃еннагѡ чте́нїѧ па́ки спа́ти дерзне́тъ, буди́лникомъ возбужда́сѧ да твори́тъ ко ѻ҆лтарю̀ колѣнопреклоне́нїѧ трѝ, и҆ ко ли́кѡмъ поеди́ному, ꙗ҆́кѡ да посрамле́нъ дрема́нїе крѣ́пчае прогна́въ, па́ки не воздре́млетъ, и҆ та́кѡ наказа́нїе по́нѧвъ, на мѣ́сто своѐ да возврати́тсѧ.

13. А҆́ще кто̀ во вре́мѧ бж҃ественнагѡ послѣдова́нїѧ, глумле́нїѧ и҆ бесѣ́ды твори́ти дерзне́тъ, седми́цу є҆ди́ну ѿ и҆ны́хъ да разлучи́тсѧ.

14. А҆́ще кто̀ въ чте́нїи, и҆лѝ пѣ́нїи невнима́нїемъ согрѣши́тъ: нерадѣ́нїемъ сотворе́нное погрѣше́нїе своѐ тою́жде колѣнопреклоне́нїй ка́знїю, ꙗ҆́коже и҆ дре́млющїй, да и҆спра́витъ.

Библиотека Матице српске у Новом Саду

15. Solerter porro invigilabit superior, ne quisquam fratrum ex ecclesia, durante officii divini tempore, præcipue vero noctu, cum forte pervigiliæ aguntur, frequenter, & citra necessitatem excurrat.

16. Canonarcha, si superior eum adhibere velit, librum ad utriusque chori cantores perferens modeste incedat, neque unquam cantori, nisi prioris versiculi, seu constructionis modulamine ad finem jam vergente, sequentem prælegat, nec vocem unquam plus justo extollat.

17. Luminum accendendorum, emungendorum, & id genus similium subinde inter sacra concinnandorum curam, siquidem nemo adest in cœnobio, cujus hoc sit munus perpetuum, superior fratribus per vices hebdomadum demandabit. Sacerdoti ad altare ministrare subdiaconi, aut forte novitii erit officium.

18. Finitis tandem officiis divinis, fratres ordine præscripto e templo egredientes, recta ad cellam quisque suam redeant.

CAPUT II.

De ordinario divinorum officiorum Ministro.

Ad rite peragenda omnia divina ministeria, ordo ecclesiasticæ Hierarchiæ,

chiæ,

15. Ѡпа́снѡ кто́мѹ да внима́етъ настоѧ́тель, да кто̀ ѿ бра́тїй во вре́мѧ бж҃е́ственнагѡ пра́вила, наипа́че но́щїю, є҆гда̀ бдѣ́нїе не́гли быва́етъ, ча́стѡ и҆ кромѣ̀ нѹ́жды и҆з̾ цр҃кве не и҆схо́дитъ.

16. Канона́рхъ, а҆́ще настоѧ́тель и҆зво́литъ кого̀ и҆мѣ́ти, кни́гѹ пѣ́вцемъ ѻ҆бо́агѡ ли́ка нося́щь, ти́хѡ и҆ благочи́ннѡ да хо́дитъ, нижѐ когда̀ прⷣе пѣ́вцемъ слѣ́дѹющїй тропа́рь да нача́нетъ че́сти, ра́звѣ є҆гда̀ ѹ҆жѐ предваря́ющїй къ концѹ̀ приближа́етсѧ, нижѐ да возвыша́етъ когда̀ гла́съ сво́й безчи́ннѡ.

17. Свѣщъ пале́нїе, ѡ҆чище́нїе, и҆ и҆ны́хъ тако́выхъ ме́ждѹ церко́вными послѣ́дова́нїѧми слѹже́нїе, а҆́ще ѹ҆бо нѣ́сть кого̀ въ мнⷭ҇ты́рѣ, є҆гѡ́же сїе̑ всегда́шнѧѧ бы̀ до́лжность была̀, настоѧ́тель бра́тїѧмъ по седми́чнѣй премѣ́нѣ да нало́житъ; сщ҃е́нникѹ же во ѻ҆лтари, ѵ҆подїа́конъ, и҆лѝ а҆́ще кто̀ є҆́сть, начина́ющїй да слѹ́житъ.

18. Ѡ҆конча́вшѹсѧ та́же бж҃тве́нномѹ послѣ́дова́нїю, бра́тїѧ чи́номъ предписа́ннымъ и҆з̾ цр҃кве и҆сходѧ́ще, кі́йждо пра́вѡ въ ке́ллїю свою̀ да и҆дѹ́тъ.

ГЛАВА ВТОРАѦ.

Ѡ ѻ҆бы́чномъ сщ҃еннодѣ́йствителѣ.

Во є҆́же то́чнѡ и҆ зако́ннѡ соверша́тисѧ всѣ́мъ бж҃тве́ннымъ слѹже́нїѧмъ

чи́нъ

chiæ, certum quendam legitime ordinatum, quique omnia ecclesiastica munia valide non minus quam licite obire possit, ministrum ordinarium principaliter poscit. Ad validam autem, & licitam ecclesiasticorum officiorum administrationem requiritur.

1. Ut minister ad hoc officium destinandus, quemadmodum jam supra dictum est, indigena sit, & de regula quidem, qua sacerdos, ex eadem, cui cœnobium subest, diœcesi, imo & in ipso eodem monasterio monasticen professus.

Eos enim, qui ex alia se, quamquam ejusdem territorii diœcesi in aliam conferunt, aut deserto, in quo professi sunt monasterio, in aliud ejusdem licet diœceseos monasterium confugiunt, nisi forte prius cum utriusque Episcopi consensu, posterius vero diœcesani saltim voluntate, aut permissu factum sit, multo magis vero eos, qui sacris jam apud exteros initiati, ex alieno territorio in nostram civitatem confugiunt, sacris canonibus conformiter, recipi omnino vetamus, & ab omni sacra functione absolute arcemus.

2. Oportet: ut a proprio, seu diœcesano Episcopo per singulos ecclesiasticæ Hierarchiæ ordines sit promotus; qui enim jam in clero

чи́нъ церко́внагѡ сщ҃еннонача́лїа па́че всѣ́хъ взыскꙋ́етъ, наро́чнаго нѣ́коего зако́ннѡ рꙋкоположе́ннагѡ, и҆ вса̀ церко́вныѧ слꙋже́нїѧ пра́вильнѡ, и҆ невозбра́ннѡ соверша́ти могꙋ́щагѡ сщ҃е́нника. Къ тве́рдомꙋ же и҆ благосло́вномꙋ церко́вныхъ дѣ́йствъ соверше́нїю взыскꙋ́етсѧ.

1. Да сщ҃еннодѣ́йствитель на сїѐ слꙋже́нїе ѡ҆предѣли́тисѧ и҆мꙋ́щїй, ꙗ҆́коже и҆ вы́ше рече́сѧ, домоча́децъ бꙋ́детъ, и҆ ѹ҆бѡ по пра́вилꙋ, ꙗ҆́кѡ сщ҃енникъ, ѿ тоѧ̀ и҆́стыѧ, є҆́йже и҆ ѻ҆би́тель повинꙋ́етсѧ, є҆па́рхїи, па́че же подоба́етъ є҆мꙋ̀ бы́ти, и҆ тогѡ́жде и҆́стагѡ мⷪ҇на́стырѧ постри́жникꙋ.

Тѣ́хъ бо, и҆̀же ѿ и҆́ныѧ, а҆́ще и҆ въ то́мжде ца́рствѣ, сꙋ́щїѧ є҆па́рхїи, во и҆нꙋ́ю прехо́дѧтъ, и҆лѝ ѡ҆ста́вльше, въ не́мже постри́жени сꙋ́ть, мона́стырь, во и҆́нъ ко́йлибо, а҆́ще и҆ тоѧ́жде є҆па́рхїи мⷪ҇на́стырь бѣга́ютъ, ра́звѣ а҆́ще пе́рвое ѹ҆́бѡ съ соглаcі́емъ ѻ҆бои́хъ є҆пⷭ҇кпѡвъ, послѣ́днее же понѐ є҆пархїа́льнагѡ повелѣ́нїемъ бы́лѡ бы: а҆ наипа́че тѣ́хъ, и҆̀же ѿ чꙋ́ждыхъ во и҆́номъ ца́рствѣ рꙋкоположе́нїе прїе́мше ѿ чꙋ́ждыхъ предѣ́лехъ во ѻ҆́бласть на́шꙋ прїи́дꙋтъ, сщ҃е́ннымъ Кано́нѡмъ согла́снѡ, воспрїѧ́ти всѧ́чески запреща́емъ, и҆ ѿ всѧ́кагѡ сщ҃еннодѣ́йствїѧ всеконе́чнѡ возбранѧ́емъ.

2. Подоба́етъ є҆мꙋ̀ ѿ собственна́гѡ своегѡ̀ є҆пархїа́льнагѡ є҆пⷭ҇кпа по всѧ̑ степены̀, церко́внагѡ сщ҃енноначалїа произведе́нꙋ бы́ти. И҆̀же бо ѹ҆ на́съ ѹ҆́же въ при-

pud nos constituti, in aliud transfugiunt territorium, ibique emendicata ab exteris ulteriori ordinatione, aut promotione, iterum in nostram redeunt civitatem, eorum omnino tum ordinationem, tum promotionem, infirmam, atque irritam declaramus.

His igitur probe exploratis seriam habebit curam superior, ut ministerio divinorum officiorum Hieronomachis per vices hebdomadarias imponendo.

1. Singulis sabbati diebus ante vesperas, quem ordo e gremio fratrum tetigerit, ad hoc munus eligat, eumque sequentis hebdomadæ Ephemerium publice denominet.

2. Diaconum pariter, si quidem plures adsint in monasterio, solennioribus saltem diebus comministraturum, eodem tempore designet, electoque Ephemerio per vices adjungat.

3. Cum autem electos hos a superiore ordinarios ministros, Ephemerium quotidie, Diaconum vero festivis saltim diebus, utpote comministraturum, ad sacros in Ecclesia conventus, accepta prius a superiori benedictione, primos semper comparere oporteat, ideo excitator, illum quidem semper, hunc sal.

чётъ церковный воспріемлеми бывше, во иное царство бѣгаютъ, и тамо дальшее рукоположеніе и произведеніе ѿ чуждыхъ испросивше, паки въ землю нашу возвратятся, тѣхъ рукоположеніе же и произведеніе нетвердо, и недѣйственно ѡбъявляемъ.

И сія убо добрѣ испытавъ настоятель, ѡ томъ усердно да печется, яко да совершеніе божественныхъ послѣдованій іеромонахомъ по седмичнѣй премѣнѣ налагающь:

1. Во всякую субботу прежде вечерни ѿ среди братій, на немже рядъ есть, на служеніе сіе изберетъ, и того слѣдующія седмицы чреднаго быти явно предъ всѣми наименуетъ.

2. Подобнѣ же и діакона, аще ихъ болше есть, въ торжественныхъ поне днехъ сослужити имущаго, въ тожде время да ѿпредѣлитъ, и избранному чредному премѣнительнѣ да приставитъ.

3. И занѐ ѿ настоятеля избраннымъ обычнымъ служителемъ симъ, чредному убо на всякъ день, діакону же на праздники токмо, вниже служити имать, въ соборѣ церковнѣмъ, ѿ настоятеля благословеніе получившымъ, первѣе всѣхъ подобаетъ ѡбрѣстися; сего ради будилникъ ѡного убо всегда, сегоже во

свое

ſaltim ſuo tempore, præ omnibus aliis fratribus evigilare faciet.

4. Etiam ſicubi in proximo vico, jura Parochialia monaſterio ſint conceſſa, conſtitutus ibi Ephemerius omnia, quæ Parocho conveniunt, fideliter adminiſtrabit.

5. Baptizatos, copulatos, & ſepultos, anno, die, nomine, cognomine, ſtatu, domicilio, & ætate adcurate conſignatis, per Hegumenum tempore ſtatuto peculiari ſingulos matriculæ, juxta præſcriptas lege formulas erigendæ, inſerendos curabit.

6. In ſtola percipienda, præſcriptum vectigal nequaquam excedet, perceptam vero Hegumeno illico tradet.

7. Completo tandem altero ſabbato, poſt Liturgiæ ſacrificium hebdomadario ephemerici muneris curſu, ambo hi tam ſacerdos quam diaconus, ſuperiorem metania ſalutabunt, eique quod gerebant munus, aliis committendum referent.

CAPUT III.

De divinorum officiorum tempore.

Tempus divinis officiis conveniens, pro revertente per vices diei incremento, & decremento, ma-

свое́ вре́мѧ то́чїю, пре́жде всѣ́хъ про́чихъ да возбꙋ́дитъ.

4. Чре́дный не то́кмѡ въ монастырѣ̀ свѧще́ннаѧ соверша́ти, но и҆ а҆́ще въ близъ сꙋ́щемъ нѣ́коемъ селѣ̀ пра́ва парохїа́льнаѧ бꙋ́дꙋть дозво́лена, всѧ̑, ꙗ҆̀же паро́хꙋ прислꙋ́шаютъ, вѣ́рнѡ и҆сполнѧ́ти и҆́мать.

5. Крещаемыхъ, вѣнча́емыхъ, и҆ погреба́емыхъ, лѣ́то, и҆́мѧ, прозва́нїе, состоѧ́нїе, пребыва́нїе, и҆ во́зрастъ и҆спра́внѡ назнамена́въ, И҆гꙋ́меномъ во вре́мѧ своѐ собстве́ннѣй, по предписа́номꙋ зако́номъ ѡ҆́бразꙋ составитисѧ и҆мꙋ́щей кни́зѣ написати да сотвори́тъ.

6. Парохїа́льный прихо́дъ прїе́млющїй оу҆ста́вленнꙋю мѣ́рꙋ да не де́рзнетъ превзы́ти, и҆ є҆́же а҆́ще ѿ негѡ̀ прїѧ́лъ є҆́сть, И҆гꙋ́менꙋ а҆́бїе да пода́стъ.

7. Соверши́вшꙋсѧ седмичнагѡ свѧще́нника вре́мени слꙋже́нїѧ, въ дрꙋгꙋ́ю сꙋббѡ́тꙋ по боже́ственнѣй лїтꙋргі́и ѻ҆́ба сїѧ̀, свѧще́нникъ же и҆ дїа́конъ покло́нъ настоѧ́телю творѧ́тъ, и҆ слꙋ́жбꙋ, ю҆́же и҆мѣ́ша, предъ ни́мъ ѿлага́ютъ, а҆ дрꙋгі́и прїе́млютъ.

ГЛАВА̀ ТРЕТЇѦ.

Ѡ҆ вре́мени бж҃ественныхъ Послѣдова́нїй.

Вре́мѧ бж҃ественнымъ послѣдова́нїѧмъ присто́йное по разли́чномꙋ растѣ́нїю же и҆ ѹ҆-

magni jejuni, & festorum solennitate optime determinabitur.

A. 1. Æstivo itaque tempore, a Paschate scilicet usque XIV. Septembris, omnibus tum festis tum profanis diebus, (exceptis solennioribus, quibus longa retro consuetudo pervigilias dicavit) fratres ad medionoctiale, & matutinum officium hora matutina - - III. in Ecclesiam conveniant.

2. Incruentum Liturgiæ sacrificium, nisi lex, aut traditio prohibeat, quotidie offerendum erit hora matutina X. Ipsi etiam divini Apostoli quotidie perdurabant unanimiter in Templo, & frangebant panem. Actor. cap. 2. v. 46. Horæ autem minores, Liturgiæ semper præmittendæ.

3. Ad vesperas, quibus etiam *nona*, immediate potissimum præmittenda (vigiliis exceptis) hora pomeridiana V. fratres congregari quam decentissimum erit.

B. 1. Hyberno vero tempore, seu a XIV. Septembris, usque ad eam, quæ lacticinia terminat Dominicam inclusive, medionoctiale, & matutinum officium hora matutina IV.

2. Sacra Liturgia, hora matutina X. celebretur.

оу҆маленію дні̑, вели́кагѡ поста̀, и҆ наро́читыхъ пра́здникѡвъ, наилꙋ́чше ѡ҆предѣлѧ́етсѧ.

А. 1. Въ лѣ́то, то̀ е҆сть ѿ Па́схи, да́же до ДІ. септе́мвріа въ пра́здничныѧ же и҆ дѣ́лателныѧ дни̑ (кромѣ̀ торжественнѣ́йшихъ пра́здникѡвъ, и҆̀мже дре́вный оу҆же ѡ҆бы́чай бдѣ́ніе оу҆стави̑) бра́тіа на полꙋ́нощное бдѣ́ніе и҆ оу҆́треннее послѣдова́ніе, въ ча́съ оу҆́тренный ТРЕТЫЙ въ цр҃ковь да соберꙋ́тсѧ.

2. Безкро́внаѧ лїтꙋ́ргіи же́ртва, а҆́ще то́чїю зако́нъ, и҆лѝ преда́ніе не возбранѧ́етъ, на всѧ́къ де́нь да и҆́мать приноси́тисѧ въ ча́съ оу҆́тренный ДЕСѦТЫЙ. Сі бо̀ и҆ са́ми бж҃ественнiи А҆по́столи, на всѧ́къ де́нь пребыва́хꙋ е҆диноду́шнѡ въ цр҃кви, и҆ лома́хꙋ хлѣ́бъ. А҆пл. дѣѧ́н. гл. 2. ст҃. 46. Ма́лыѧ же часы̀ лїтꙋ́ргію всегда̀ да предваря́ютъ.

3. На вече́рню, ю҆́же девѧ́тый ча́съ всегда̀ предваря́етъ (кромѣ̀ бдѣ́ніѧ) по полꙋ́дни въ ча́съ ПѦТЫЙ да собира́ютсѧ бра́тіа.

Б. 1. Во вре́мѧ зимы̀, то̀ е҆сть ѿ ДІ. септе́мвріа да́же и҆ до недѣ́ли сыропꙋ́стныѧ, полꙋ́нощница и҆ оу҆́треннѧ въ ча́съ оу҆́тренный ЧЕТВЕРТЫЙ да соверша́етсѧ.

2. Бж҃ественнаѧ же лїтꙋ́ргіа въ ча́съ оу҆́тренный ДЕСѦТЫЙ да соверша́етсѧ.

3.

3. Ad veſperas, omnibus, tam feſtis, quam profeſtis diebus (excipe iterum vigilias) hora pomeridiana IV. fratres convenire oportebit.

C. Per univerſum deinde jejunii antepaſchalis tempus.

1. Medionoctiale, & matutinum officium hora matutina IV. peragendum erit.

2. Horæ canonicæ majores, ob veſperas iis immediate ſubjungendas per totum magni jejunii tempus (ſabbatis, & Dominicis exceptis, utpote quibus horæ, Liturgiæ ſacrificio, ſtatis temporibus celebrando præmittuntur) inchoandæ erunt hora antemeridiana XI.

3. Ad magnum vero Apodipnon (exceptis pervigiliis, quibus immediate præmitti ſolet) hora pomeridiana IV. opportuniſſima judicatur futura.

4. Et minus quidem Apodipnon, ſi quando tempore Quadrageſimæ incidat, ob jejunii religionem, ſtatuta alias majori Apodipno hora pomeridiana IV. publice in Eccleſia legendum erit.

5. Sabbatis autem, & Dominicis magni jejunii, & reliquis etiam anni minus ſolennibus diebus, in arbitrio erit ſuperioris, veſperis ne

3. На вече́рню въ пра́здничныѧ и҆ дѣла́телныѧ дни̑ (кромѣ̀ бдѣ́нїѧ) по полꙋ́дни въ ча́съ четве́ртый да собере́тсѧ бра́тїѧ.

В. Во всѐ же вре́мѧ вели́кагѡ поста̀.

1. Полꙋно́щница и҆ ꙋ҆́тренѧ да соверша́етсѧ въ ча́съ ꙋ҆тре́нный четве́ртый.

2. Часы̀ вели́кїѧ, ра́ди вече́рни и҆̀мъ а҆́бїе совокꙋпи́тисѧ должеству́ющїѧ, во всѐ вре́мѧ вели́кагѡ поста̀ (кромѣ̀ сꙋббѡ́тъ, и҆ нл҃ь, въ си́хъ бо часы̀ лїтꙋргі́ю во своѐ вре́мѧ соверши́тисѧ и҆мꙋ́щꙋю предваря́ютъ) подоба́етъ нача́ти пре́жде полꙋ́дни въ ча́съ є҆динaдеся́тый.

3. На вели́кое же повече́рїе (кромѣ̀ бдѣ́нїѧ, пред̾ ни́мже ѻ҆́ное непосре́дственнѣ соверша́етсѧ) по полꙋ́дни ча́съ четве́ртый благопристо́йнѣйшїй сꙋ́дитсѧ бы́ти.

4. И҆ ма́лое ꙋ҆бѡ повече́рїе, а҆́ще когда̀ во вели́кїй по́стъ слꙋ́читсѧ, че́сти ра́ди поста̀, во ꙋ҆ста́вленный вели́комꙋ повече́рїю ча́съ четве́ртый по полꙋ́дни ꙗ҆́внѡ є҆̀ це́ркви да соверша́етсѧ.

5. Въ сꙋббѡ́ти же и҆ нл҃и вели́кагѡ поста̀, ꙗ҆́коже и҆ въ про́чихъ всегѡ̀ лѣ́та просты́хъ дне́хъ, да твори́тъ настоѧ́тель ꙗ҆́коже и҆зво́литъ. По вече́рнили а҆́бїе

id illico in Ecclesia subjungi, an fratribus privatim in sua cuique cella post cœnam persolvendum committere malit.

D. 1. Quæ solenniores in anno sunt festivitates, eas ex divinorum Patrum traditione, pervigiliis oportet honorare. Hæ itaque pervigiliæ, si quandoque seu magni jejunii, seu reliquo etiam anni tempore celebrandæ sint, inchoabuntur hora nocturna XI.

2. Cum autem pervigiliis vesperæ minores sunt præmittendæ, hæ ordinaria alias pro ratione temporis vesperarum hora semper persolvendæ erunt.

3. Festis, & Dominicis sacrum Liturgiæ sacrificium per totum anni decursum hora matutina X. celebretur.

Excipe vigilias Epiphaniarum, festum Annuntiationis B. Virginis, Magnum Jovis diem, Sabbatum antepaschale; & vigilias Christi nati, his enim sacra Liturgia ob vesperas ei præmittendas, hora II. pomeridiana erit celebranda.

Excipe etiam Dominicam Pentecostes, ubi S. Liturgiam ob vesperas ei immediate subjungendas, itidem hora antemeridiana XI. decebit inchoare.

4.

ѻ҆́но соверши́ти хо́щетъ, и҆лѝ коемꙋ́ждо бра́тꙋ въ ке́лліи свое́й по ве́чери соверше́нїе є҆гѡ̀ совери́ти и҆зво́литъ.

Г. 1. Пра́здники цѣ́лагѡ лѣ́та торже́ственнѣ́йшїѧ по преда́нїю бж҃твенныхъ ѻ҆те́цъ бдѣ́нїемъ досто́итъ почита́ти. И҆ сїе ѹ҆бѡ бдѣ́нїе, а҆́ще когда̀, и҆лѝ во вели́кїй по́стъ, и҆лѝ во и҆́ное вре́мѧ лѣ́та слꙋ́читсѧ, нача́тисѧ бꙋ́детъ въ ча́съ но́щный Є҆ДИНА́ДЕСѦТЫЙ.

2. И҆ поне́же бдѣ́нїе ма́лаѧ вече́рнѧ предварѧ́етъ, сїю̀ во ѻ҆бы́чный ча́съ вече́рный по ра́зстїю вре́менъ соверша́ти подоба́етъ.

3. Въ пра́здники и҆ нл҃и сщ҃е́ннаѧ лїтꙋ́ргїи же́ртва, во всѐ лѣ́то въ ча́съ ѹ҆тре́нный ДЕСѦ́ТЫЙ да соверша́етсѧ.

Кромѣ̀ навече́рїѧ, Бг҃оѧвле́нїѧ, Бл҃говѣ́щенїѧ прест҃ыѧ бцⷣы, вели́кагѡ четве́ртка, вели́кїѧ сꙋббѡ́ты, и҆ навече́рїѧ рождества̀ хрⷭ҇то́ва: въ си́хъ бо сщ҃е́ннаѧ лїтꙋргі́ѧ ра́ди предварѧ́ющїѧ ю҆̀ вече́рни во ВТО́РЫЙ ча́съ по полꙋ́дни соверша́тисѧ и҆мѣ́етъ.

Є҆́щеже кромѣ̀ нл҃и соше́ствїѧ (пѧтдесѧ́тницы) внейже бж҃твеннꙋю лїтꙋргі́ю ра́ди совокꙋпи́тисѧ и҆мꙋ́щїѧ є҆́й вече́рни, пре́жде полꙋ́дни є҃ ча́съ Є҆ДИНА́ДЕСѦТЫЙ нача́ти досто́итъ.

4.

4. Præſanctificatorum Liturgia, certis quibusdam magni jejunii diebus celebrari ſolita, ob veſperas huic miſcendas, nec ante meridiem unquam legendas, cum horæ canonicæ majores, ad XI. conſtitutæ, præterea paullo poſt duodecimam finiri nonniſi poſſint, in tempus debitum, ſcilicet pomeridianum ſponte quodammodo ſua incidit.

CAPUT. IV.

De ſpirituali meditatione.

Ordo optimus, inquit Nazianzenus, incepti cujuslibet, & ſermonis, & negotii hic eſt: a Deo incipere, & in Deum deſinere.

A Deo incipiet aſceta, ſi poſt redditas Deo publicas in Eccleſia laudes, reliquis ex præſcripto debitis occupationibus ſuis ſacram & piam, ad minimum dimidiæ horæ meditationem præmiſerit.

In Deum autem deſinet, ſi omnia diei transactæ negotia, antequam ſomnum capiat, pia item ac ſpirituali, ad minimum ſemihoræ meditatione clauſerit.

Eſto autem ei meditationis piæ argumentum, viva noviſſimorum recordatio.

4. Совершаемаѧ въ нѣкїѧ дни великагѡ поста преждеѡсщеннаѧ лїтꙋргїа ради вечерни, юже оной совокꙋпити, и никогдаже прежде полꙋдни ѿпѣти достоитъ: Занеже оуставленныѧ на ЕДИНОНАДЕСЯТЫЙ часъ великыѧ часы и такѡ по полꙋдни скончаютсѧ, въ подобающее и пристойное времѧ, сирѣчь по полꙋдни сама собою поставлѧетсѧ.

ГЛАВА ЧЕТВЕРТАѦ.

Ѡ Бгомыслїи.

Чинъ всѣхъ лꙋчшїй, глетъ Назїанзинъ, начинаемагѡ коегѡждо разглаголствїа и дѣанїа, сей есть: еже въ Бозѣ начати, и въ Бозѣ скончати.

Ѿ Бга начати бꙋдетъ постникъ, аще по еже воздати Бгꙋ общїѧ млтвы въ церкви, прочимъ по законѣ должнымъ оупражненїамъ, стое благоговѣйное понѣ полъ часа бгомыслїе предпоставитъ.

И въ Бзѣ скончати бꙋдетъ, аще всѧ мимошедшагѡ днѐ дѣанїѧ прежде неже оуснꙋти емꙋ, благоговѣйнымъ такожде, и дꙋховнымъ понѣ полъ часа бгомыслїемъ заключитъ.

Бꙋди же емꙋ благоговѣйнагѡ таковагѡ бгомыслїа причина воспоминанїе послѣднихъ.

Mane, tanquam ad veſperum non perventurus; veſperi vero, velut in tumbam deſcenſurus, & coram inexorabili judicio proxime compariturus.

1. Omnes diei elapſæ actus probe in memoriam revocet, & ſingulos ſeveriſſimo percurrat examine.

2. Si quid in iis forte rectum invenerit, ſumma id humilitate, prævenienti, & cooperanti divinæ gratiæ in acceptis referat.

3. De pravis autem veram, ac perfectam in corde ſuo excitet contritionem.

4. Votum caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, atque perſeverantiæ, recenti ſemper promiſſione, tamquam repetita profeſſione roboret, atque confirmet.

5. Media, ad ſingula profeſſionis vota exacte obſervanda, ſedulo exquirat, eaque ſe diligentiſſime adhibiturum promittat.

6. Ad impedimenta tollenda, efficax omnipotentis Dei auxilium ardentibus precibus imploret.

Hanc autem ſpiritualem meditationem, utpote ſaluberrimum religionis monaſticæ fomentum, & veræ emendationis efficaciſſimum remedium, a ſingulis fratribus, tempore præſcripto, quotidie inſtitui volumus.

CA-

Оу́тро, ꙗ́кѡ ве́черъ оу́жѐ достигнꙋти не имꙋ́щїй, ве́черъ же, ꙗ́кѡ во гро́бъ снити, и пре́д неꙋмы́тнымъ сꙋдїе́ю по ма́лѣ ꙗ́витисѧ имꙋ́щїй.

1. Всѧ̀ мимоше́дшагѡ днѐ дѣѧ́нїѧ до́брѣ да воспомѧне́тъ, и тонча́йшымъ испыта́нїемъ всѧ̀ да искꙋша́етъ.

2. А́ще что̀ пра́во въ ни́хъ ѡ҆бра́щетъ, то̀ предваря́ющей и содѣ́йствꙋющей бж҃їей благода́ти съ кра́йнымъ смире́нїемъ да воспи́шетъ.

3. Ѿ злы́хъ же дѣѧ́нїѧхъ и҆́стинное и соверше́нное въ се́рдцѣ свое́мъ да воздви́гнетъ сокрꙋше́нїе.

4. Ѡ҆бѣ́тъ сво́й ѿ чистотѣ̀, нищетѣ̀, послꙋша́нїи, и постоѧ́нствѣ, но́вымъ всегда̀ ѡ҆бѣща́нїемъ, а҆́ки вто́рымъ ѡ҆бѣ́томъ да оу҆тверди́тъ и оу҆крѣпи́тъ.

5. Сре́дствїѧ къ до́лжномꙋ ѡ҆бѣ́тѡвъ свои́хъ и҆сполне́нїю, прилѣ́жнѡ да и҆́щетъ, ѡ҆брѣте́ннаѧ тща́телнѡ да ѡ҆бѣща́етсѧ оу҆потреби́ти.

6. Къ преѡдолѣ́нїю препѧ́тствїй дѣ́йствителнꙋю всемогꙋ́щагѡ бг҃а по́мощь те́плыми мл҃твами да про́ситъ.

И҆ семꙋ̀ оу҆́бѡ дꙋхо́вномꙋ поꙋче́нїю а҆́ки спаси́телномꙋ мона́шескихъ ѡ҆бѣ́тѡвъ оу҆крѣпле́нїю, и и҆́стиннагѡ и҆справле́нїѧ дѣ́йственнѣйшемꙋ сре́дствїю, ѿ всѣ́хъ бра́тїй во вре́мѧ предпи́санно, на всѧ́къ де́нь соверша́тисѧ хо́щемъ.

ГЛА-

CAPUT V.

De reliquis Monacho competentibus occupationibus, seu de litterarum studiis.

Precibus matutinis, hymnisque peractis, monachi ad SS. scripturarum studium illico se convertant. Ita enim monachus vere angelicam in terris imitabitur vitam, si psalmodiam oratione, orationem psalmodia, & utrumque divinorum lectione excipiente, ita dies singulos transigat, ut nunc ipse cum Deo, nunc Deus cum ipso loquatur.

Quod monachi divinarum scripturarum lectionem, & meditationem, cæteris profanæ eruditionis studiis præponere debeant, negari omnino nequit; id enim non eminentior solum illarum dignitas, sed spiritualis etiam monastici instituti finis præcipue exigere videtur.

Verum reliquæ etiam profanæ eruditionis disciplinæ, vel ideo omni sunt studio comparandæ, quod sine harum adminiculo, sacrarum scriptarum intelligentia, aut perexigua, aut omnino nulla possit comparari. Ideo & Magnus Aurelius Cassiodorus, fratribus, quos in spirituali doctrina maxime proficere cupiebat, externas etiam litteras quam impensissime commendabat, & præscribebat.

ГЛАВА ПѦТАѦ.

Ѿ прочихъ, Монаху надлежащихъ упражненіяхъ, то есть ѡ ученіи.

По совершеніи утреннихъ млтвъ и пѣній, монахъ абіе къ чтенію бжтвенныхъ книгъ да ѡбратитсѧ. Оице бо агглескому воистинну на земли житію подражати будетъ, аще ѱалмопѣніе млтвѣ, млтву ѱалмопѣнію, обоаже божественныхъ книгъ чтенію преемлющу, всѧ дни своѧ тако проведетъ, да ово убѡ самъ съ Бгомъ, овоже Бгъ съ нимъ беседуетъ.

Ꙗко монахомъ бжтвенныхъ писаній чтеніе, и еже ѿ нихъ поученіе, всѣмъ прочимъ внѣшнѧѧ премудрости вѣдѣніѧмъ предпочитати подобаетъ, ѡ семъ никтоже сумнѣваетсѧ. То бо не превосходительнѣйшее токмѡ ихъ достоинство; но и духовный монашескагѡ званіѧ конецъ паче всѣхъ ꙗвлѧетсѧ требовати.

Обаче и прочаѧ внѣшнѧѧ мудрости вѣдѣніѧ поне тогѡ ради со всѧкимъ тщаніемъ подобаетъ снискати, ꙗкѡ безъ помощи тѣхъ и самое бжтвенныхъ писаній вѣдѣніе, или ѕѣлѡ малое, или ниединое можетъ стѧжатисѧ. Сегѡ ради и великій Аурелій Кассіодоръ, братіѧмъ, ихже въ духовной премудрости по премногу успѣвати желаше, и внѣшнѧѧ вѣдѣніѧ усерднѡ, и крѣпкѡ препоручаше

Quam plurimos etiam Ecclesiæ Patres, ope secularium disciplinarum ad summum spiritualis sapientiæ fastigium pervenisse exploratum habemus, ast ut eæ monastici rigoris prætextu respuantur, nusquam ab iis decretum videmus. Ut itaque fratres ex ea, quam institutum principaliter exigit, divinorum lectione, certum olim fructum capere possint, supposita jam solida linguæ latinæ, & græcæ, utpote primorum omnis eruditionis fontium scientia, monastices alumnis, sequentes scientias impensissime commendamus.

Logicam, *methaphysicam*, & prima ad minimum *Matheseos* elementa, ad intellectum subtilioribus quibusque definitionibus, divisionibus, & abstractionibus exacuendum, & judicium ad recte dirigendas cogitationes, ridigiori methodo ducendum. *Theologiam naturalem* ad intellectum de entis perfectissimi, Dei existentia convincendum, & proprietates ejus cognoscendas.

Ethicam, & *jus naturæ*, ad probe dignoscendum, quid veræ virtutis, quid vitii nomine veniat, quid denique pium sit, quid justum, æquum, honestum, atque decorum.

Вѣмы втомꙋ, ꙗ҆́кѡ мно́зи цр҃кве ѻ҆тцы̀ внѣшныхъ вѣдѣнїй помощїю на высочайшїй дꙋхо́вныѧ мꙋ҃дрости ве́рхъ достиго́ша, а҆ да бы кто̀ ѿ ни́хъ совѣтовалъ презира́ти ѧ҆ ѻ҆́строты ра́ди мона́шескагѡ житїѧ̀, є҆щѐ не ви́дѣхомъ нижѐ слы́шахомъ. Тѣ́мже ᲂу҆̀бо. да́ бы бра́тїѧ ѿ того̀, є҆́же зва́нїе и҆́хъ па́че всѣ́хъ взыскꙋ́етъ, бж҃твенныхъ кни́гъ чте́нїѧ, и҆звѣ́стный пло́дъ собра́ти моглѝ, по́лное ᲂу҆жѐ к ни́хъ греческагѡ и҆ лати́нскагѡ ѧ҆зы́ка, ꙗ҆́ки гла́вныхъ всѧ́кїѧ премꙋ҃дрости и҆сто́чникѡвъ вѣжество вознепщꙋ́юще, и҆ предпоставлѧ́юще, слѣ́дꙋющаѧ и҆̀мъ вѣдѣ́нїѧ ᲂу҆сердн҃ѣйше препорꙋчаемъ.

ЛОГІКꙊ, МЕТАФѴЗІКꙊ, и҆ пе́рвыѧ понѐ МАѲЕМАТІКИ нача́тки, во є҆́же ра́зꙋмъ тонча́йшыми ѡ҆предѣле́нїми, раздѣле́нїми, и҆ ѿвлече́нїми и҆зостри́ти, разсꙋди́телнꙋю же си́лꙋ, благочи́ннымъ поря́дкомъ наставлѧ́ти, ка́кѡ мы́сли своѧ до́брѣ ᲂу҆правлѧ́ти. БГОСЛОВІЕ ЕСТЕСТВЕННОЕ, во є҆́же бытїѐ и҆ свойства бг҃а, ꙗ҆́кѡ всесоверше́ннагѡ сꙋщества̀ позна́ти.

Ѳ̈ІКꙊ, то є҆́сть НРАВОꙊЧИТЕЛНꙊЮ ФІЛОСОФІЮ, и҆ ПРАВО ЕСТЕСТВЕННОЕ, во є҆́же до́брѣ разсꙋди́ти мощи́, что̀ и҆́стинныѧ добродѣ́тели, что́же грѣха̀ и҆́мене досто́йно, что̀ бл҃гочестиво, что̀ пра́во, что̀ пра́вотно, че́стно, и҆ бл҃гопристо́йно є҆́сть.

Phy- ФѴ-

Phyſicam, ad Deum, ex penitiori naturæ cognitione, tanquam ejus authorem, intimius cognoſcendum, & magis, magisque admirandum.

Theologiam denique integram, ad ſublimia Chriſtianæ religionis myſteria, quoad fas eſt, acutius perſpicienda.

Theologiam moralem ad perplexos ſubinde in confeſſione revelari ſolitos conſcientiæ caſus, juſte, & rite decidendos.

Hiſtoriam, ad minus *eccleſiaſticam*, & *antiquitates* ſaltim *ſacras*. Harum enim ope deſtituti, quam plurima ſane tam divinæ ſcripturæ, quam Patrum etiam loca, fruſtra conantur intelligere.

Hermeneuticen, ad regulas, juxta quas ſacram oportet interpretari ſcripturam, probe addiſcendas.

Exegeſin, ad dexteritatem in regulis interpretationis ubique rite adplicandis, adquirendam.

Has omnino ſcientias, ad divinorum intelligentiam ſumme neceſſarias, fratribus ſerio commendamus.

Germanica porro *lingua*, utpote, quæ non in ſcientiis tantum

ФѴЗІКꙊ, во еже глꙋбочайшимъ естества познанїемъ Бга, тогѡ создателѧ, лꙋчше познати, и емꙋ болше ꙋдивлѧтисѧ.

Последиже и всѐ БГОСЛОВІЕ, во еже высокїѧ хрїстїанскагѡ исповѣданїѧ тайны еликѡ мощно, острѣйше и чистѣйше вѣдети.

БГОСЛОВІЕ НРАВОꙊЧИТЕЛНОЕ, во еже ѿкрытисѧ иногда могꙋщїѧ во истѧзанїи совѣсти, то есть во исповѣданїи, сꙋмнителныѧ слꙋчаи, правѡ и законнѡ разсꙋдити мощи.

ІСТОРІЮ поне ЦЕРКОВНꙊЮ, и СЩЕННЫѦ поне ДРЕВНОСТИ, сихъ бо помощи лишени сꙋще множайшаѧ еликѡ сщеннагѡ писанїѧ, толикѡ и Отцъ реченїѧ всꙋе трꙋждаютсѧ разꙋмѣти.

ЕРМЕНЕѴТІКꙊ, то есть наꙋкꙋ толкованїѧ, во еже правила, по нимже сщенное писанїе толковати надлежитъ, добрѣ знати.

ЕѮЕГЕТІКꙊ, во еже правила сегѡ толкованїѧ вездѣ правѡ, и законнѡ ꙋпотреблѧти знати.

И сїѧ ꙋбѡ вѣжества ѧки къ разꙋмѣнїю божественныхъ книгъ ѕѣлѡ нꙋждна, братїѧмъ теплѡ и ꙋсерднѡ препорꙋчаемъ.

Ктомꙋже и НѢМЕЦКІЙ ѦЗЫКЪ, иже нынѣ не токмѡ книги и различнаѧ вѣдѣнїѧ

conſcribendis, verum in gerendis etiam maximi momenti rebus, communis jam facta eſt uſus, monachis, forte aliquando divina vocatione ad publica ſeculi negotia erupturis, omni ſtudio, atque diligentia erit comparanda.

At vero ſine librorum adminiculo nulla paratur eruditio. Quamobrem magnopere ſane optandum foret, ut quodlibet cœnobium, ſi quid ei ex annuis ſupereſt reditibus, juſtam ejus partem libris elegantioribus, atque utilioribus inſumeret, ſibique ita divitem, ex qua cuique neceſſaria depromere liceret, penum librariam ſenſim compararet.

Et ſiquidem ſint in cœnobio viri in ſcientiis probe verſati, hos certis horis accedant, qui erudiri debent, ſi vero hi deſint, libri ſapienter conſcripti, magiſtrorum ſubeant vices. Divus Auguſtinus, mathematicas ſe ſcientias, ſine magiſtro comprehendiſſe, ipſe memoriæ prodidit. Quidni hodie etiam ſedula diligentia idem præſtare poterit? Dummodo

1. Servato quis in ſcientiis ordine naturali, quam ſemel addiſcendam elegerit, eam certis ad ſtudia deſtinatis horis attente, & non interrupte legerit, neque prius ab hac ad aliam tranſvolaverit, quam ſibi

нїѧ пишꙋтсѧ, но и̑ высочайшаѧ ѹ҆жѐ и̑ важнѣйшаѧ дѣла̀ ѿправлѧютсѧ, монахѡмъ, Бг҃ꙋ неглѝ зовꙋщꙋ, паки въ мі́ръ се́й возвратитисѧ и̑мꙋщымъ, со всѧкимъ тща́нїемъ и̑ прилѣжа́нїемъ подоба́етъ стѧжа́ти.

О҆ба́че без̾ по́мощи кни́гъ нииедино́же стѧжа́тисѧ мо́жетъ вѣжество. Тѣ́мже ѹ҆̀бо жела́ти е҆́сть, да бы всѧ́къ мона́стырь а҆́ще что̀ е҆мꙋ̀ ѿ годи́шныхъ прихо́дѡвъ и̑збы́точествꙋетъ, досто́йнꙋю и҆́хъ ча́сть на стѧжа́нїе и̑зрѧ́дныхъ и̑ поле́зныхъ кни́гъ ѹ҆потреби́лъ, и̑ си́це себѣ̀ бога́тꙋю кни́гъ сокрови́щницꙋ стѧжа́лъ, ѿ неѧ́же бы мо́глъ кі́йждо взѧ́ти потре́бнаѧ.

И҆ а҆́ще ѹ҆бѡ е҆́сть въ мⷭ҇тырѣ мꙋ́жїе ѹ҆че́нны, и̑ въ на́ꙋкахъ бл҃гоискꙋ́снїи, къ си́мъ да прихо́дѧтъ во врѣ́мѧ, и҆̀же ѹ҆чи́тисѧ хотѧ́тъ. А҆́ще же нѣ́сть таковы́хъ: кни́ги мꙋдрѣ̀ спи́санныѧ въ мѣ́сто ѹ҆чи́телей да бꙋ́дꙋтъ. Ст҃ый А҆ѵгꙋсті́нъ маѳема́тїческїѧ на́ꙋки, ꙗ҆́коже са́мъ свидѣ́тельствꙋетъ, без̾ ѹ҆чи́телѧ навы́клъ е҆́сть. По что̀ ѹ҆̀бо и̑ дне́сь прилѣ́жное тща́нїе то́жде дѣ́йствовати бы не могло̀? А҆́ще то́чїю

1. Кто̀ в̾ на́ꙋкахъ е҆стественный порѧ́докъ наблюда́ѧ, ю҆́же себѣ̀ на ѹ҆че́нїе и̑збра́лъ е҆́сть, в̾ то́й внима́телнѡ и̑ непресѣ́чнѡ, во ѡ҆предѣле́нныхъ часѣ́хъ трꙋди́тсѧ, нижѐ ѿ неѧ̀ на и҆́нꙋю ѹ҆клона́

бi

е҆́стїѧ,

bi illam propriam quodammodo ac familiarem reddiderit.

2. Seriis item ac frequentioribus meditationibus ſuo tempore inſtituendis, ea, quæ legerit, eo usque ruminatus fuerit, donec tandem cuncta in ſuccum, ut dicunt, ac ſanguinem converterit.

Et probatioribus quidem, & gravioribus, ſcientiarum atque librorum delectus pro arbitrio proprio, ac judicio erit relinquendus. Junioribus autem monachis, ſacrorum etiam librorum delectus, ſeniorum eſt judicio habendus.

CAPUT VI.

De legendi ſeu ſtudendi tempore.

Quandoquidem unius alteriusve horæ ſerium, ac ordinatum ſtudium longe plus proficiat, quam plurium dierum vaga & inconſtans lectio; huic etiam primæ poſt ſpiritualia, & ſumme neceſſariæ monachorum occupationi, certum quoddam, ac fixum tempus deſtinaſſe, neceſſe eſt.

Cujuslibet igitur diei horæ, ad ſtudia litterarum ſequenti ratione erunt dividendæ.

ется, прежде неже сїю твердо и добре навыкнулъ есть.

2. Ктомуже частымъ и прилежнымъ поученїемъ прочтенная повторяетъ, и дотолѣ в нихъ подвизается, донелѣже вся присвоити будетъ.

И, Искуснѣйшымъ убо и старшымъ, избранїе книгъ и наукъ, на произволенїе собственное и разсужденїе оставляется: юнымъ же монахомъ, и свѧщенныхъ книгъ избранїе, разсужденїю старшихъ вручается.

ГЛАВА ШЕСТАЯ.

О времени чтенїя, то есть: ученїя.

Зане нѣколикихъ часовъ охотное и благочинное ученїе много паче ползуетъ, нежели многихъ днехъ невнимателное и непостоянное чтенїе: и сему убо по духовныхъ, первому и зѣло нуждному монаховъ упражненїю, извѣстное нѣкое и нарочитое время поставити надобно есть.

Тѣмже убо коегождо дне часы, на ученїе, слѣдующымъ образомъ подобаетъ раздѣлити:

A. 1. Æſtivo, æque ac hyberno tempore, feſtis ſimul, ac profeſtis diebus, quod a meditatione ſpirituali, ad Liturgiam uſque ſupereſt tempus, celebraturi quidem præparatoriis ad ſacram communionem precibus, reliqui vero diligentiori litterarum ſtudio impendant.

Quod vero a ſacra Liturgia, ad prandium uſque reſiduum eſt tempus,

2. Feſtis quidem diebus, quia brevius eſt, prævie lectorum repetitione, & privatis quibusdam, vi inſtituti forte ſolitis precibus tranſigatur.

3. Profanis vero diebus, utpote paullo longius, ulteriori lectioni, horum æque ac prius lectorum feriæ repetitioni, denique privatis de lege monaſtica debitis precibus tribuendum erit. Et hæc quidem mane.

4. Poſt meridiem autem, æſtate quidem, a ſecunda inde hora, binas itidem horas ſtudiis, & tertiam ad veſperas uſque reſiduam, eorum repetitioni impendere oportet. Quæ vero inter veſperas, & cœnam integra fortaſſis intercedit hora, ea denique omnia, quæ die

А. 1. Въ лѣтнѣе, вкупѣ и зимнее время въ праздничныяже и дѣлателныя дни, еже ѿ духовнагѡ поученїя, даже до лїтургїи ѡстаетъ время: священнодѣйствовати имущїи убѡ, яже предъ причащенїемъ молитвами, прочїи же прилѣжнымъ книгъ чтенїемъ да проведутъ.

И еже ѿ лїтургїи, даже до обѣда ѡстаетъ время,

2. Въ праздники убѡ, зане кратчае есть, прежде уже прочтенныхъ повторенїемъ, и собственными нѣкими званїя негли монашескагѡ обычными молитвами да проведется.

3. Въ дѣлателныя же дни, зане должае есть, дальшимъ чтенїемъ, тѣхъ вкупѣ, и прежде прочтенныхъ усерднымъ повторенїемъ, и собственными нѣкими по правилу монашескому молитвами да проведется. И сїя убѡ утро.

4. По полудни же, въ лѣто убѡ ѿ вторагѡ часа, паки два часа ученїемъ, третїй же часъ, иже есть до вечерни, тѣхъ повторенїемъ подобаетъ провести. А иже между вечерню и вечерою ѡстаетъ цѣлый часъ, въ томъ уже вся, яже въ той день прочтена, и повторена быша, ѐ самое

дѣй-

die eodem lecta ſunt, atque repetita, in praxin, quoad licet, erunt convertenda, & utile quidpiam ex iis, proprio erit marte conſcribendum.

5. Hyberno autem tempore, duæ item a ſecunda uſque ad veſperas intermediæ horæ, diligenti ſtudio erunt conſumendæ. Prior deinde poſt veſperas hora eorum repetitioni, & altera ad cœnam uſque utiliori cuidam ex lectis per diem deſumendæ ſcriptitationi, erit conſecranda.

B. 1. Magno vero jejunio intermedium illud, a matutina meditatione ſpirituali, ad horas uſque canonicas tempus, ita erit diſtribuendum, ut omnis hæc exercitatio, eo uſque plene peragatur. Poſt meditationem piam, binæ horæ diligentiori ſuſcepti ſtudii continuationi, reliquum vero, quod ſupereſt tempus, lectorum repetitioni, & quæ ex præſcripto monaſtices recitandæ ſunt, privatis precibus inſumatur.

2. Poſt meridiem vero, cum fratres ob nimiam meridiani officii tarditatem, prima nonniſi hora menſæ accumbentes, paullo tardius ab ea recedant, una ſolummodo iis reſidua eſt, uſque ad Apodipnon hora. Hanc igitur,

дѣйствїе подобаетъ ѡбратити, и ѿ нихъ полезное нѣчто собственнымъ трꙋдомъ списати.

5. Въ ЗИМѢ же, иже ѿ втораго часа до вечерни два ѻна часа, равнѣ прилѣжнымъ оучєнїемъ подобаетъ провести. Потомже первый по вечерни часъ тѣхъ повторенїемъ, слѣдꙋющїй же даже до вечери, полезнымъ нѣкимъ ѿ прочтенныхъ и повторенныхъ въ той день, сотворитися имꙋщымъ сочиненїемъ и списанїемъ да проведется.

Б. 1. Во великїй же постъ ѻное, еже ѿ оутреннагѡ дꙋховнагѡ поꙋченїа, даже до великихъ часѡвъ время, такѡ подобаетъ раздѣлити, да бы междꙋ симъ вса оупражненїа сїа совершилаcя. По дꙋховномъ поꙋченїи два часа далшимъ поствпленїемъ въ предпрїатомъ оученїи, прочее же ѡставшее время, прочтенныхъ повторенїемъ, и яже по оуставꙋ монашескомꙋ должными молитвами да проведется.

2. По полꙋдни же, егда братїа закосненїа ради полꙋденнагѡ церковнагѡ послѣдованїа, в первый токмѡ часъ къ трапезѣ засѣдающе, позднѣе ѿ неа ѿходатъ, единъ токмѡ ѡстаетъ имъ, даже до повечерїа часъ. Сей оубѡ единъ

tur, utpote ſolitariam, ei, quæ ſæpius dicta eſt, ſcriptitationi impendant.

Denique ex Apodipno in cellam quisque ſuam redeuntes, binas plus minus, quæ uſque ad cœnam reſtant horas, partim aſcetici cujusdam præciſe libri attentæ lectioni, partim vero, quæ monachis tempore jejunii conveniens eſt, piæ per crebriores brevi oratiunculæ mixtas metanias, ſeu humi proſtrationes fieri ſolitæ corporis caſtigationi dedicent.

Cæterum profanis quidem totius anni diebus, omne hoc ſtudiis dedicatum tempus, naturali ſe mutuo ſerie excipientibus profanis ſcientiis, tanquam certiſſimis ad divinorum intelligentiam ducibus, erit conſecrandum,

Dominicis autem diebus, & univerſis anni feſtis, tempus litterarum ſtudio præfixum, ſacris unice ſcientiis addiſcendis cedet.

gratia exiens, cum uno adhuc fratre dimittatur; œconomiam autem monaſterii peracturus, ſemper ſolus exire poteſt.

6. Aditus ad monaſterium non plures pateant, quam unus, aut ſi valvis majoribus, ad quædam neceſſaria plauſtris invehenda, opus ſit, ad ſummum bini.

7. Templa in monaſteriis ita erunt formanda, ut devotionis cauſſa accedens populus, per ipſum cœnobii atrium tranſire non cogatur, ſed peculiaris, & cum monaſterio nequaquam communis, populo ad ea conſtituatur acceſſus, & receſſus.

8. Per valvas majores, nemo niſi currus, & jumenta intrabunt.

CAPUT VI.

De Oſtiario, ſeu Portario.

Ut ſingula hæc eo certius, atque adcuratius obſerventur. Oportet.

1. Ut ad portam monaſterii minorem, conſtituatur vir conſtans, maturus, & fidelis. Hic cellam ſuam juxta portam figet, ut advenientes ſemper præſentem eum habeant.

2. Hujus oſtiarii officium eſto, fores tempore veſpertino clauſas te-

сылаетса с единымъ братомъ, обаче на дѣло всегда можетъ самъ исходити.

6. Вшествїе в монастырь едино точїю да будетъ, или, аще великаа врата нѣкихъ ради на колесницѣ внестиса имущихъ необходимо нужна суть, двоа.

7. Церкви в монастырехъ тако подобаетъ здати, яко да народъ благоговѣйнства ради приходящїи, не имать нужду чрезъ самый монастырскїй притворъ прейти: но собственный нѣкїй, и монастырю не приобщаайса да будетъ народа ради входъ, и исходъ.

8. Великими обаче дверми никтоже да входитъ, развѣ колесницы и скоты.

ГЛАВА ОСМАЯ.

О дверникѣ, или вратарѣ.

Во еже всѣмъ симъ опаснѣе и извѣстнѣе хранимымъ быти, подобаетъ.

1. Да при малыхъ дверехъ монастыра поставленъ будетъ мужъ зрѣлаго возраста, постоянъ, и вѣренъ. Сей да имать келлїю свою при малыхъ дверехъ, да бы приходящїи всегда его обрѣсти могли.

2. Дверника сего должность да будетъ: двери во время вечернее затворенныя дер-

tenere, ab excubiis suis non longe recedere, immo & interim alterum quempiam probatæ constantiæ substituere;

3. Si quando tamen contingat, ut mulier quædam, hunc illumve fratrem ad necessarium aliquem sermonem interdiu exposcat, ostiarius rem superiori illico referat. Et si hic non prohibeat, frater vocatus ei occurret, & juxta limina ostii eidem eminus, & modeste colloquetur. Eam vero mox in pace dimittens, ad cellam suam propere redibit.

4. Porro ostiarii erit officium portam monasterii minorem, & valvas etiam majores tam æstate, quam hyeme vesperi hora VIII. firmiter claudere, & claves superiori illico deferre.

5. Mane autem, æstate quidem hora V. hyeme vero circa horam VII. vel uti, ipsi superiori, pro vicissitudine tardius maturiusve illucescentis diei, visum fuerit, acceptis a superiore clavibus, portam suæ custodiæ commissam aperire.

6. Singulis diebus hora IX. vesperi, omnes fratrum cellas invisere, & superiorem, rectene, an minus cuncta reperierit, certum reddere

держа́ти, ѿ стра́жи своеѧ̀ дале́че не ѿстꙋпа́ти, в̓ нꙋ́ждѣ же, ина́го въ мѣ́сто себѐ, мꙋ́жа поста́нна и̂ вѣ́рна поста́вити.

3. А̂ще ли же слꙋ́чится, когда̀, да жена̀ нѣ́кая сего̀, или̂ ѻ̂на́го бра́та нꙋ́ждныя ра́ди бесѣ́ды дне́мъ зове́тъ, две́рникъ сїѐ настоѧ́телю а̂бїе да возвѣсти́тъ, и̂ а̂ще то́й не возбрани́тъ, призва́нный бра́тъ да и̂детъ е̂́й въ срѣ́тенїе, и̂ при са́мыхъ внꙋ̂тренныхъ две́рехъ, дово́лнѡ ѿстоѧ̀ ѿ неѧ̀, бл҃гочи́ннѡ да собесѣ́дꙋетъ съ не́ю, по ма́лѣ же съ ми́ромъ ѿпꙋ́стивъ ю̂, въ ке́лїю свою̀, со тща́нїемъ да возврати́тся.

4. Две́рника е̂щѐ до́лжность е̂́сть, две́ри ма́лыѧ и̂ вели́кїѧ, въ лѣ́то вкꙋ́пѣ и̂ въ зимѣ̀, в̓ ве́черъ въ ча́съ ѻ̂смы́й тве́рдѡ запертѝ, ключѝ же настоѧ́телю предава́ти.

5. Оу̂́тро же в̓ лѣ́то оу̂́бѡ, въ ча́съ пя́тый, въ зимѣ́ же въ ча́съ осьмы́й (или̂ ꙗ̂́коже са́мъ настоѧ́тель по измѣ́нѣ ра́нѣе, или̂ коснѣ́е возсїѧ́ющагѡ свѣ́та и̂зволи́тъ) ключѝ ѿ настоѧ́телѧ взе́мъ, две́ри в̓ хране́нїе е̂мꙋ̀ вовѣ́ренныѧ ѿвора́ти.

6. На вся́къ де́нь въ девя́тый ча́съ во ве́черъ всѧ̀ бра́тїи ке́ллїи посѣща́ти, и̂ наста́тоелю, до́брѣ ли всѧ̂ ѡ̂брѣ́те, или̂ ни̂, а̂бїе возвѣсти́ти.

7. Si forte (quod absit) quemquam, adhibita licet omni vigilantia, clanculum e monasterio egressum, iterum clam redire velle adverterit, nequaquam admittere impune, seu silentio dissimulare, sed factum superiori fideliter exponere.

7. Аще когда избегша ѿтай (еже небуди) нѣкоего монаха паки возвратитися хотяща видитъ, да не впуститъ его просто, ниже да премолчитъ бывшееся, но настоятелю вѣрно да предложитъ.

8. Denique ad hanc disciplinæ monasticæ partem, id quoque pertinet, ut monachi forte ob monasterii negotia, superiore jubente, peregre proficiscentes, nisi ineluctabili necessitate, cauponas nunquam, aut alias etiam privatas domos interdiu, nedum noctu petant; sed commendatitiis pro more instructi litteris, in aliquod, si præsto sit, monasterium omnino contendant, ibique permaneant.

8. Къ сей еще монашескагѡ чиноправленія части, и сіе касается: ꙗкѡ да монасы, настоятелю негли повелѣвшу, ради монастырскихъ дѣлъ въ путь шедшіи, развѣ необходимыя нужды, въ гостинницы, или иныя ѡсобенныя домы, ни днемъ, ни нощію когда входятъ: но препоручителное имущи писаніе въ койлибо близъ сущій мнтырь да идутъ, и тамѡ да пребываютъ.

CAPUT IX.

De Refectione Fratrum.

Volumus, fratres ex antiquissimo veterum patrum instituto, communem semper frequentare mensam.

Excipe tamen infirmos, & qui eam incurrere censuram, ut mensæ iis communio deneganda sit.

2. Et quidem, ubi Hegumenus præest monasterio, is communi omnino cum reliquis fratribus, utetur mensa.

ГЛАВА ДЕВЯТАЯ.

ѡ Ѡбѣдѣ Братій.

1. Хощемъ, да братія по преждебывшему уже древныхъ ѻтецъ преданію, ѻбщую всегда имутъ трапезу;

Кромѣ ѻбаче, немощныхъ, и тѣхъ, имже в достойную казнь, ѻбщія трапезы участіе возбраняется.

2. Аще убо Игуменъ председаетъ мнтырю, той едину и тужде съ прочими братіами, имѣти будетъ трапезу.

3. Immo & Archimandrita, idem potiſſimum cum cœteris, frequentabit Refectorium.

4. In arbitrio tamen ejus erit, ſi ad ſeparatam menſam, præſentibus præſertim convivis refici maluerit. In ipſius etiam eſt poteſtate, quos vult de fratribus ad menſam ſuam vocare. Seniores tamen, unum, aut duos propter diſciplinam, ad communem fratrum menſam ſemper deſtinabit.

5. Ad hanc fratrum refectionem peculiaris quædam eſt domus deſtinanda, in qua pulpitum loco opportuniori ſitum, & menſam oblongam, ac pro numero fratrum, ſatis amplam oportet adeſſe.

6. Domum hanc credentiarius, ſeu Trapezarius, quotidie ſollicite everret, atque purgabit; pulpitum libro, ex quo lectio fiat, menſam vero, ſcamnis, aut ſedibus undique circumdatam, mappa ſtratam, orbiculis, cultris, furcillis. mantilibus, amphoris denique, & poculis, pro numero adcubiturorum, paullo ante tempus prandii, concinne inſtruet.

7. Ad Refectorium taliter inſtructum Trapezarius fratres, magno quidem jejunio, poſt finita ſacra, poſt primam fere horam poſtmeridianam; reliquis autem anni die-

3. Паче же и самъ Архїмандрїтъ единѹ и тѹюжде съ прочими, по болшей части имѣти бѹдетъ трапезѹ.

4. Обаче въ воли его есть, аще присѹщымъ наипаче страннымъ, при собственнѣй нѣкоей трапезѣ обѣдовати изволитъ. Еще во власти его есть, ихже хощетъ ѿ братїй к трапезѣ своей призвати. Старца обаче единаго, или два, во еже блюсти чиноправленїе, на общѹю братїй трапезѹ всегда да ѿсылаетъ.

5. Къ семѹ братїй обѣдованїю, собственнѣй нѣкоей подобаетъ ѿпредѣлитися трапезарїи, въ нейже проповѣдалницѣ на благопристойномъ мѣстѣ поставленнѣй, и трапезѣ по числѹ братїй доволно пространнѣй подобаетъ быти.

6. Трапезарїю сїю трапезарь на всякъ день прилѣжно да очиститъ, на проповѣдалницѹ да поставитъ книгѹ, изъ неяже чтенїе имать быти, на трапезѹ же столы по всюдѹ окрѹженнѹ, и плащаницею ѹже покрывеннѹ, блюды, и ножи, вилюшки, бокали, пешкиры, и чаши по числѹ присѣдати имѹщихъ братїй, мало прежде обѣда да положитъ.

7. Въ трапезарїю сице ѹкрашеннѹ, трапезарь братїю, во великїй ѹбо постъ, по церковномъ послѣдованїи, то есть: по первомъ часѣ по полѹдне: въ прочїя же дни всего лѣта (кромѣ нѣкихъ,

bus (si paucissimos excipias) recte ad meridiem, scilicet hora XII. ope simantri, aut certæ cujusdam campanæ convocabit.

8. Ad hoc simantri, seu campanæ signum, omnes omnino fratres, in refectorio comparere oportet.

9. Si quis justa ex caussa ulterius emanserit, præmisso examine, cum cœteris adcumbet; si autem ex negligentia non compareat ad præfixum tempus, ad cellam suam relegabitur, & ad cœnam usque jejunus manebit.

10. Qui vero adsunt in Refectorio fratres, precibus, & benedictione, a superiori, vel Ephemerio præmissis, ordine qui supra Part. II. Sect. I. cap. I. N. 9. præscriptus est, cibum sumpturi discumbent.

11. Cibum denique, & potum sumentes, id, quod modestum atque decorum est, omnes adcuratissime obscervabunt. Non avide, & voraciter, nec nimis festine, nec admodum remisse, sed moderate alimenta ingerant. Caveant, ne quando cubito mensæ infixo incumbant, ructus emittant, aut cibum in ore distorquentes, humorem de labiis diffluere permittant. Habeant ob oculos illud Apostoli

I.

ихже число зѣло мало) въ самое полудне, то есть въ часъ двана́десятый, клепа́ломъ, или звоно́ю да созоветъ.

8. На гласъ сей клепалный, или звонный, братія вся, въ трапезаріи да собращутся.

9. И аще убо кто благословныя ради вины не обрѣтется ту, по довольномъ испытаніи, съ прочими да сядетъ ясти; аще же отъ небреженія не пришелъ есть на уставное время, въ келлію свою да возвратится, и даже до вечера да пребываетъ постяся.

10. А иже въ трапезаріи присутствуютъ братія, молитву творятъ, и настоятелю, или чредному священнику трапезу благословившу, по чинѣ, горѣ въ части В. въ раздѣленіи А. Гл. А. числ. 9. предписанномъ да присѣдаютъ трапезѣ.

11. Ядуще же и піюще, еже благочинно есть и благопристойно, вси опасно да наблюдаютъ; пищу да пріимутъ не зѣло лакомо и несыто, не зѣло спѣшно, ниже паки весьма лѣностно, но мѣрно и благочинно. Да блюдетъ же себѣ всякъ, да не како лакотъ на трапезу возложивъ утвердится на немъ, да не отрыгновеніе испуститъ, или ястію во устѣхъ насилно гнѣщенну, мастный токъ отъ устенъ его потечетъ. Да имутъ всег-

да

1. Corinth. 10. v. 31. five manducatis, five bibitis, omnia in gloriam Dei facite, & cap. 14. v. 40. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant.

12. Lector hebdomadarius, cibo postmodum reficiendus, pulpito, postquam superior benedixerit, conscenso, primum quidem sectionem brevem ex sacra scriptura, prætervectis tamen caute omnibus, quæ quidquam offendiculi generare possent, mulierum v. c. historiis, deinde vero homiliam forte Chrysostomi, aut M. Basilii sermones, aut denique ex Ephræmo Syro segmentum quodcunque, ordine tamen continuo, ut videlicet sequenti die inde lectionem inchoet, ubi priori finivit, quamprimum fratres discubuere, clare, & distincte legat. Prima tamen singulorum mensium Dominica, loco sacri alicujus libri, regulæ monasticæ prælegantur.

13. Oportet autem fratres, omni strepitu, mussitatione, nugis, facetiis, aut risu, diligentissime evitato, summum colere ad mensam silentium.

14. Si frater re quadam egeat, eam a Trapezario modeste petet, nec unquam ipse pro ea capienda surgat.

да пре очима совѣтъ той апостолскїй 1. кор. гл. 10. ст. 31. „ или ядуще, „ или піюще, вся во славу божїю тво„ рите „ и паки: гл. 14. ст. 40. „ вся „ честнѡ и благочиннѡ да бываютъ. „

12. Чтецъ седмичный, по сихъ токмѡ ясти имущїй, возшедъ на проповѣдалницу, въ первыхъ убѡ краткое нѣкое раздѣленїе ѿ священнагѡ писанїя, (обаче вся, яже нѣкое бы родити могла претыканїе, якоже суть напримѣръ: яже ѿ женъ повѣсти, ѡпаснѡ ѡставляя) потомже бесѣду нѣкую златоустагѡ, или вел. Васілїя, или Ефрема сѵрина коеслибо раздѣленїе, обаче въ непресѣчномъ чинѣ, якѡ да въ слѣдующїй день ѿтуду начнетъ чтенїе, идѣже въ мимошедшїй читати преста: повнегда сѣсти всѣмъ братїямъ, благословившу настоятелю, абїе чистѡ и велегласнѡ да чтетъ. Въ первую же нлю всякагѡ мца, въ мѣстѡ священныя нѣкїя книги, правила монашеская да имутъ читатися.

13. Подобаетъ же братїямъ, всякагѡ мятежа, тайнѡразглаголанїя, игры, глумленїя, и смѣха ѡпаснѡ хранитися, и совершенное при трапезѣ, имѣти молчанїе.

14. Требуетъ ли братъ чегѡ, ѿ трапезара благочиннѡ да проситъ: самъ же да не востанетъ взяти е.

15. Si quis vero tale quidpiam ad mensam commiserit, increpabitur a disciplinæ Rectore, aut metaniis castigabitur.

16. Superiore tandem, tintinnabulo forte signum dante, illico omnes consurgent, & Deo, qui eos refecerat, debitas grates reddentes, Panagiamque de instituto omni die elevantes, superiorem metania singuli salutabunt, & eo prius egresso, ipsi quoque ad cellas suas, cum modestia sese conferent.

17. Lector finita lectione, superiorem metania devote salutabit, & accepta ab eo benedictione, ad reliquos etiam fratres conversus caput inclinabit.

18. Idem & reliqui ad mensam ministrantes, superiori præstabunt; Is vero eos dimittet benedicens hac formula: *Deus vobis salutem, & misericordiam impertiatur, qui nobis ministrastis.*

19. Ad cœnam, dum alias sumitur, per totum anni decursum, fratres hora vespertina VII. convenient, & ad eam singula, quæ circa prandium dicta sunt, præter lectionem, pariter observabunt.

15. Аще же кто нѣчто ѿ таковыхъ сотворитъ, настоятель чиноправленія да ѡбличитъ того, или метаніями накажетъ.

16. Настоятелю же звонцемъ негли знаменіе давшу, абіе вси востанутъ, и Бгу насітившему ихъ должное воздающе блгодареніе, по уставу Панагію воздвизаютъ на всякъ день, и по томъ настоятелю вси да поклонятся, и изшедшу ему первѣе, и сами братія по немъ исходяще, в келліи своя блгочинно да пойдутъ.

17. Чтецъ скончавшуся чтенію, настоятелю да творитъ поклонъ блгоговѣйнно, и въземъ ѿ него блгословеніе, и пре братіями главу да преклонитъ.

18. Тожде и прочіи при трапезѣ служащіи да творятъ настоятелю: сей же ѿпуститъ ихъ с сицевымъ блгословеніемъ „ Бгъ да спасетъ, и помилуетъ васъ послужившихъ намъ. „

19. На вечерю, егда иначе пріемлется, во все лѣто, братія въ часъ, вечерній седмый да соберутся, и при ней прочее чтенія, вся иже ѿ ѡбѣдѣ речена быша, равнѣ да сохранятъ.

20. Tempus prandendi, ultra horam, cœnandi vero, ultra ſemihoram, nunquam producendum erit.

21. Et a prandio quidem redeuntes fratres, digeſtionis cauſſa, hora integra, poſt cœnam vero, dimidia hora, a præſcriptis exercitationibus tantiſper liberi ſunto.

22. Tempus hocce, libere ſe invicem accedentes, deambulando, modeſte colloquendo, v. c. ea quæ legere ipſi, aut in Refectorii lectione audivere, mutuo inter ſe conferendo, hyeme quidem in cellis ſuis, æſtate vero ſi libeat, in hortulo, forte intra ſepta monaſterii exiſtente, tranſigunto.

20. Къ ѡбѣдꙋ часъ єдинъ, и вечерѣ пол часа довлѣетъ имѣти, время же сїе да не продолжится никогдаже.

21. И ѿ ѡбѣда ᲂубѡ возвращшеся братїя, за еже пищꙋ прїемлемнꙋ стомахꙋ варити мощи, єдинъ часъ, по вечери же пол часа ѿ предписанныхъ подвигѡвъ, и ᲂупражненїяхъ, свободны да бꙋдꙋтъ.

22. Во время сїе дрꙋгъ дрꙋгомꙋ невозбраннѡ приходяще, тамѡ и сѣмѡ градꙋще, благочиннѡ собесѣдꙋюще, напримѣръ: то, еже сами чтоша, или в чтенїи ѡбѣдномъ слышаша, междꙋ собою сообщающе, въ зимѣ ᲂубѡ в келлїяхъ своихъ, в лѣто же, аще ᲂугодно есть, во ѡбрѣтающемся негли внꙋтрь монастыря вертоградѣ да проводятъ.

CAPUT X.

De Cibi, potusque, pro variis temporis viciſſitudinibus, quantitate, & qualitate.

Ne monachi carnibus veſcantur, longa retro conſuetudine invaluit. Conſuetudo tamen hæcce, etiam ſi forte legis obtinere potuiſſet vim, Epiſcopo juſta de cauſſa diſpenſanti cedit.

Conſveta vero monachis edulia ſunt, mox lacticinia, ova, butiro condita; mox piſces; mox fercula ſolo tantum oleo condita; mox cibi nullo pingui liquore conditi; mox ipſæ Xerophagiæ, id eſt ſicca quædam, & incondita eſculenta. Juxta hæc itaque:

ГЛАВА ДЕСЯТАЯ.

Ѡ количествѣ и качествѣ ястїя и питїя, по различнѣй времѧнъ премѣнѣ.

Долгимъ поведено есть обычаемъ, да бы монахи мясъ не яли. Но обычай сей, аще бы закона и моглъ имѣти силꙋ, епископꙋ благословныя ради вины разрѣшающемꙋ, всячески ᲂуствпаетъ.

Обычная же монахѡмъ варенїя сꙋть, иногда ᲂубѡ варенїя ѿ млека, яицъ, масла: иногда рыбы: иногда с елеемъ токмѡ варенная: иногда варенїя без елея, и без всякїя масти: иногда же и самое сꙋхоядение. По семꙋ ᲂубо.

1. Cum monachi lacticiniis, ovis, cibis butiro conditis, aut etiam solis piscibus vescuntur, bis de die refectionem capiant. Immo, ipso etiam jejunio, dominicis diebus, festis solennioribus, & sabbatis, mensa bis erit instruenda.

2. Et Dominicis quidem, ac solennioribus totius anni festis, quatuor ad prandium, & tria ad cœnam, adponantur fercula.

3. Profestis autem diebus lacticiniorum & piscium, tria ad prandium, & duo ad cœnam, dabuntur edulia.

4. Cum autem solis oleo conditis cibis vesci licet diebus profestis, mensa quidem itidem bis instruatur, sed duo nonnisi ad prandium dabuntur fercula, tertium fructus efficient. Vesperi vero unum tantum coctum edulium adponetur, & huic tandem aliquid sicci, aut crudi adjungetur.

5. Cæterum ad prandium quidem recentia semper proponantur fercula; ad cœnam autem, dum scilicet plurium est usus ciborum, sufficit jus solum dedisse recens: de reliquo, si quid e prandio residuum sit, id parsimoniæ caussa recoquere, atque ita tepefactum, vel si magis conducat, frigidum tantum adponere oportebit.

1. Єгда̀ мона́хωмъ млеко̀, ѧ҆и́ца, ма́сло, и҆лѝ понѐ са́мыѧ ры́бы дозволѧ́ютсѧ, два́жды дне́мъ да ѧ҆дѧ́тъ, па́че же и҆ въ са́момъ постѐ, в҃ нлⷣи, торжествен-ныѧ пра́здники, и҆ суббѡ́ты, трапе́за два́жды дне́мъ да поставлѧ́етсѧ.

2. И҆ въ нлⷣи оу҆́бѡ, и҆ въ торжествен-ныѧ пра́здники всегѡ̀ лѣ́та, четы́ри варе́ніѧ да поставлѧ́ютсѧ на ѡ҆бѣ́дъ, на ве́черю же трѝ.

3. Катаднѐвнѡ же, є҆гда̀ ма́сло, и҆ ры́ба дозволѧ́етсѧ, трѝ варе́ніѧ на ѡ҆бѣ́дъ, а҆ два̀ на ве́черю да поставлѧ́ютсѧ.

4. Є҆гда̀ же са́маѧ со є҆ле́ємъ варе́ніѧ до-зволѧ́ютсѧ, и҆ то̀ в҃ дѣ́лательныѧ днѝ, трапе́за оу҆́бѡ два́жды оу҆строѧ́етсѧ, ѡ҆ба́че на ѡ҆бѣ́дъ два̀ то́кмѡ варе́ніѧ поставлѧ́ютсѧ, а҆ тре́тїе бу́детъ ѡ҆во-щїе. На ве́черю же є҆ди́но то́чїю дае́тсѧ варе́нїе, семꙋ̀ же и҆́ное нѣ́что сꙋ́хо и҆лѝ прѣ́сно прилага́етсѧ.

5. Про́чее, на ѡ҆бѣ́дъ оу҆́бѡ нова̑ё варе́н-наѧ всегда̀ да поставлѧ́ютсѧ ѧ҆́стїѧ; на ве́черю же, є҆гда̀ си́рѣчь мно́жайшаѧ прїе́млютсѧ варе́нїѧ, довлѣ́етъ са́маѧ свѣ́жаѧ похлѣ́бка; к҃ про́чее же, а҆́ще что̀ ѿ ѡ҆бѣ́да ѡ҆ста̀, то̀ щадли́вости ра́ди подоба́етъ согрѣ́вати, и҆ си́це те́пло, и҆лѝ а҆́ще оу҆го́днѣе є҆́сть, хла́дно по-ста́вити.

6. Suavia etiam quæque nauſeantis ſtomachi oblectamenta adfectare, a paupertatis & caſtitatis profeſſione omnino alienum eſt. Oportet itaque non exquiſita quædam bellaria, ſed cibos plenos, atque validos, neque tamen nimis firmos, ne difficilior ſit digeſtio, præparare.

7. Cibis nullo pingui liquore conditis, menſa ad meridiem nonniſi, & quidem binis tantum inſtruetur; veſperi juſtum panis recentis, ſi forte adeſt, fruſtum, cœnam jejunio convenientem dabit.

8. Cum autem Xerophagiarum tempus eſt, menſa nonniſi ſemel de die inſtruetur, & loco ciborum, panis v. c. recenter coctus, & ſolito candidior, fructus arborum ſeu crudi, ſeu toſti, olera aceto macerata, uvæ conditaneæ, & id genus ſimilia adponantur.

9. Vini menſuram ſingulis his, pro rigidiori, aut remiſſiori refectionis modo, diverſis temporibus, unam eandemque capiant fratres, ſcilicet: mediam unam, idque toties, quoties menſa inſtruitur.

10. Omnes autem fratres, ſuperiore, cui pluſculum aliquid licebit, excepto, æqualem ſemper, tam cibi, quam potus accipiant portionem.

6. Сла́дкаѧ же, не вѣ́мъ ка́коваѧ гнꙋша́ющагѡсѧ стома́ха ꙋ҆гожде́нїѧ и҆ наслажде́нїѧ жела́ти, торже́ственною кла́твою ѡ҆бѣща́ннѣй ни́щетѣ и҆ дѣ́вственнѣй чистотѣ̀, всѧ́чески чꙋ́жда сꙋ́ть. Подоба́етъ ꙋ҆̀бо не ѕлохꙋдо́жнѣ и҆з ѡ҆брѣте́ннаѧ нѣ́каѧ сласто̀пита́нїѧ, но твѣ́рдꙋю и҆ крѣ́пкꙋю, стома́хꙋ ѻ҆́баче ꙋ҆добовари́мꙋю пи́щꙋ вари́ти.

7. Варе́нїѧ безъ є҆ле́а и҆ ма́сти, на ѡ҆бѣ́дъ то́чїю два̀ и҆́мꙋтъ поста́витисѧ; во ве́черъ же мѣ́рный ꙋ҆крꙋ́хъ, а҆́ще є҆́сть, новопече́ннагѡ хлѣ́ба, ве́черꙋ постꙋ̀ присто́йнꙋю да да́сть.

8. Во вре́мѧ же сꙋхоѧде́нїѧ, є҆ди́ножды то́чїю дне́мъ ꙋ҆строѧ́етсѧ трапе́за, и҆ вмѣ́сто варе́нїй, на при́мѣръ; хлѣ́бъ новопече́нный, и҆ па́че ѻ҆бы́чнагѡ бѣ́лый, ѻ҆во́щїе, и҆лѝ прѣ́сно, и҆лѝ сꙋ́хо, ѕе́лїе съ ѻ҆́цтомъ, гро́здїе во вїнѣ̀ храни́мое, ко́мбость, и҆лѝ и҆́но что̀ ѿ та́ковыхъ да поста́витсѧ.

9. Вїна̀ мѣ́рꙋ, во всѣ́хъ си́хъ по ра́зчествїю ѻ҆строжа́йшагѡ, и҆лѝ блажа́йшагѡ ѿ ѩде́нїихъ ꙋ҆ста́ва, разли́чныхъ вре́менехъ, ра́внꙋю и҆ тꙋ́жде, си́рѣчь є҆ди́нꙋ хо́лбꙋ да прїи́мꙋтъ бра́тїѧ, и҆ то̀ є҆ли́жды а҆́ще трапе́за поставлѧ́етсѧ.

10. Всѧ̑ же бра́тїѧ (кромѣ̀ нача́лствꙋющагѡ, є҆мꙋ̀ бо вы́шше нѣ́что дозволѧ́етсѧ) ра́внꙋю всегда̀ и҆ пи́щи и҆ пїтїѧ̀ мѣ́рꙋ да прїи́мꙋтъ.

11. Cum autem portiones hæ, ita ſint omnino adaptandæ, ut ad famem, ſitimque ſedandam adprime ſufficiant (voracioris enim abdominis nullam habet diſciplina monaſtica curam) jubemus, ne quisquam fratrum aut de Refectorio clanculum quid auferre, aut a culinæ præfecto, quodcunque cupediarum, aut edulii genus emendicare, aut denique a cellario, importunioribus forte precibus, vel minimam vini, aut cujuscunque demum curæ ejus commiſſi liquoris portionem, extorquere unquam audeat.

12. Si quid autem tale inter fratres compertum fuerit, nequaquam impune ſit; ſed accipiens ſimul & dans, unam hebdomadam jejunet. Culpa vero repetita, pœna utriusque exaſperabitur.

13. Si quis ad ebrietatem biberit, idque intra monaſterium, duas hebdomadas jejunet; qui autem extra cœnobium id fecerit, propter grave offendiculum, duplo puniatur.

14. Ebrioſus autem, & ad frugem redire nolens, clericus quidem deponatur; laicus vero ſegregatus, & monaſtico habitu exutus, e cœnobio exterminetur.

CA-

11. И҆ занѐ мѣ́ры сїѧ̀ та́кѡ подоба́етъ оу҆стро́ити, да бы къ ѿгна́нїю гла́да же и҆ жа́жды соверше́ннѡ дово́лны бы́ли, (ѡ҆ несы́тномъ бо и҆ неи҆́стовномъ чре́вѣ, мона́шеское чиноправле́нїе ни ма́лѡ пече́тсѧ) повелѣва́емъ, да никто́же ѿ бра́тїй та́йнѡ что̀ и҆знесе́тъ и҆з трапеза́рїи, илѝ ѿ ва́рницы пристáвника ѿ снѣда́емыхъ что̀, илѝ ѿ вїнницы храни́телѧ (Подвꙋмара) по́не нѣ́кїѧ вїна̀ ка́пли, илѝ и҆́но что̀ хране́нїю е҆гѡ̀ ввѣ́ренныхъ, каки́млибо ѡ҆́бразомъ во́змѣтъ.

12. А҆́ще же что̀ ѿ таковы́хъ ме́жду бра́тїами оу҆слы́шитсѧ, ненака́занно да не ѡ҆ста́нетъ. Но прїе́млай вкꙋ́пѣ и҆ дая́й е҆ди́нꙋ седми́цꙋ да пости́тсѧ: грѣхꙋ̀ же повтори́вшꙋсѧ, и҆ ка́знь оу҆сꙋгꙋби́тсѧ.

13. А҆́ще кто̀ ѡ҆пїе́тсѧ, и҆ то̀ внꙋ́трь мⷭ҇тыра, двѣ̀ седми́цѣ да пости́тъ, а҆ и҆́же внѣ̀ мⷭ҇ты́ра то́жде сотвори́въ, вели́кїѧ ра́ди собла́зни, сꙋгꙋ́бо да нака́жетсѧ.

14. Пїя́ница же нехотя́й и҆спра́витисѧ, прич́етникъ оу҆́бѡ да низве́ржетсѧ: бѣ́лецъ же ѿлꙋче́нъ, и҆ мона́шескагѡ чи́на совлече́нъ, и҆зъ мⷭ҇ты́ра и҆згна́нъ да бꙋ́детъ

ГЛА-

CAPUT XI.

De diversis lacticinii, piscium, olei, & Xerophragiæ temporibus.

1. Lacticiniis, ovis, butyro, & caseo vesci licet monachis: hebdomadis Dominicam carnes terminantem; hebdomadis Dominicam lacticinia præscindentem; hebdomadis item Dominicam Thomæ; & hebdomadis Dominicam omnium sanctorum præcedentis; porro a XXV. Decembris usque VI. Januarii inclusive, (excipe vigilias Epiphaniorum) omnibus sine discrimine diebus; & excepta Augusti XXIX. & Septembris XIV. omnibus quotquot extra quatuor solennia sunt jejunia, diebus Dominicis, Lunæ, Martis, Jovis, & Sabbati.

2. Piscibus vescuntur monachi: in Festo Annunciationis Beatissimæ Virginis, nisi in magnam incidat Hebdomadam; Dominica Palmarum; die Mercurii mediæ inter Pasca, & Pentecoste hebdomadis; & die Mercurii ante Ascensionem Domini; Sabbatis, & Dominicis jejunii SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & Nativitatis Christi (nisi in alterutrum horum vigiliæ incidant Nativitatis) horum item jejuniorum dies Lunæ, Martis, & Jovis, si in eos incidat Sanctus magnam habens glorificationem: immo & dies Mercurii, & Veneris eorundem jejuniorum, si in eos incidat Festum pervigiliis celebrandum, aut Sanctus, in cujus honorem Ecclesia localis est dedicata, dispensationem dant ad pisces;

U huc

ГЛАВА ЕДИННАДЕСЯТАЯ.

Ѿ различныхъ масла, рыбъ, елеа, и сухоядѣнїя временехъ, и прочч.

1. На млеко, яица, масло и сыръ разрѣшаютъ монахи, во вся дни седмицы мясопустныя, сыропустныя, свѣтлыя и пятидесятницы; еще же ѿ КЕ Декемврїя даже до Ѕ Іаннуарїя, кромѣ навечерїя стыхъ Богоявленїй, и кромѣ Августа КѲ и Септ. ДІ во вся, внѣ четырехъ нарочитыхъ постовъ свщна Н҃ли, понедѣлники, вторники, четвертки, и суббѡты.

2. Рыбы ядятъ монахи, въ празникъ благовѣщенїя престыя Бцы, аще не будетъ въ страстнѣй седмицѣ: въ Нлю цвѣтную: въ средꙋ преполовенїя: и въ средꙋ прежде вознесенїя, то есть: въ ѿданїе пасхи: въ суббѡты и Нли поста стыхъ Аплъ Петра и Павла: Рождества Хртова: еще же и въ понедѣлникъ, и четвертокъ сихъ постѡвъ, аще въ нихъ празднуется стый великое имѣяй славословїе: паче же и въ средꙋ и пятокъ, аще празднуется стый имѣяй бдѣнїе, или егѡже есть храмъ. Еще же и въ празникъ срѣтенїя: стыхъ Аплъ Петра и Павла: оуспенїя престыя Бцы, аще бу-

дутъ

huc pertinent item, Festum Purificationis; SS. Apostolorum Petri, & Pauli; Assumptio Beatissimæ Virginis; si in diem Mercurii, aut Veneris incidant; porro huc referuntur etiam, Festum Transfigurationis Domini; & representatæ Beatissimæ Virginis, in quemcunque cadant diem.

3. Cibis oleo solo conditis vesci licet monachis per omnes, quotquot lacticinii tempori interferuntur dies Mercurii, & Veneris; quemadmodum & omnes, quotquot intra jejunium magnum, & assumptæ Beatissimæ Virginis, dies Lunæ, Martis, Jovis, Sabbati, & Solis; & qui intra jejunium SS. Apostolorum, & Nativitatis Christi comprehenduntur, dies Lunæ, Martis & Jovis (nisi tam in hos, quam in illos incidens festum quoddam solennius, oleo pisces surroget) Adde vigilias Christi nati, & Epiphaniarum, si in Sabbatum, aut Dominicum incidant. Decollationem item S. Joannis Præcursoris; & Exaltationem S. & vivificæ crucis; adjice etiam diem Mercurii V. magni jejunii Hebdomadis, qui est ante Sabbatum Acathisti: immo & ipsum festum Annunciationis Beatissimæ Virginis, si in aliquem, extra Passionis Parasceven, magnæ hebdomadis diem incidat.

детъ въ среду или пятокъ. Къ тому ѣще и въ праздникъ преобраꙁенія Гдна: и введенія пресвятыя Бцы, въ койлибо день будетъ.

3. Варенія со єлеемъ ядятъ монасы во вся среды и пятки обрѣтающіяся между времением, въ немъже на масло разрѣшается: якоже и во вся понедѣлники, вторники, четвертки, суббωты и нли великагω, и успенія пресвятыя Бцы поста: и иже въ постѣ стыхъ Аплъ, и рождества Хртова, понедѣлники, вторники и четвертки, аще не будетъ въ нихъ нарочитый нѣкій праздникъ, иже на рыбы даетъ разрѣшеніе. Еще же и въ навечеріе рождества Хртова, и богоявленія, аще въ субботу, или въ нлю будетъ: на усѣкновеніе стагω Іωанна предтечи: и воздвиженіе чтнагω и животворящагω кта: ещѐ же и въ среду пятыя нли великагω поста, яже есть предъ субботомъ акаѳіста: паче же и на самый праздникъ благовѣщенія престыя Бцы, аще будетъ въ кійлибо день страстныя седмицы, кромѣ великагω пятка.

4. Macris, seu nulla pinguedine conditis cibis vescuntur monachi per omnes, qui tribus his jejuniis SS. scilicet Apostolorum Petri, & Pauli; Assumptæ Beatissimæ Virginis; & Nati Christi, intercedunt dies Mercurii, & Veneris, nisi item festum quoddam majus, jejunii rigorem, aut oleo aut piscibus leniat; Adde & festum Annunciationis Beatissimæ Virginis, si in magnam incidat Parasceven.

5. Xerophagiis, transiguntur soli, qui magno jejunio Antepaschali intersperguntur dies Mercurii, & Veneris, nisi hic quoque singularis Festivitas, arida oleo emolliat, aut piscibus etiam mitiget.

6. Qui ad sacram accessuri sunt Communionem (volumus autem omnes, quotiescunque id fieri oporteat, simul accedere) sex diebus, strictiori hocce iejunio sese præparabunt, & quidem tribus, antequam accedant, diebus, ex destinata vini portione, dimidium nonnisi capient,

7. Cæterum tridua illa, sub vestibulum magni jejunii inedia, robustioribus quidem pro arbitrio erit admittenda. Debilioribus autem, qui hoc ferre nequeunt, immo & iis, qui modeste renuunt, singulis post officium meridianum,

pri-

4. Варе́нїа без̾ є҆ле́а и҆ ма́сти ꙗ҆дя́тъ мона́сы во вся̀ сре́ды и҆ пя́тки посто́въ ст҃ы́хъ а҆п҃лъ Петра̀ и҆ Па́ѵла: оу҆спе́нїа прест҃ы́ѧ бц҃ы: и҆ рожде́ства̀ хр҇то́ва: а҆́ще не бꙋ́детъ в̾ ни́хъ пра́здникъ на є҆ле́й, и҆лѝ ры́бы разрѣша́ай: є҆щѐ же на благовѣ́щенїе прест҃ы́ѧ бц҃ы, а҆́ще бꙋ́детъ во вели́кїй пѧ́токъ.

5. Сꙋхоꙗде́нїе ꙗ҆дя́тъ то́чїю въ сре́ды и҆ пя́тки вели́кагѡ поста́, а҆́ще не наро́читый нѣ́кїй пра́здникъ, сꙋ́ха є҆ле́емъ и҆лѝ ры́бою и҆змѣни́тъ.

6. Къ ст҃о́мꙋ же причаще́нїю прїстꙋпи́ти хотя́щїи (подоба́етъ же всѣ́мъ є҆ли́жды а҆́ще до́лжно бꙋ́детъ, кꙋ́пнѡ прїстꙋпи́ти) ше́сть дне́й ѡ҆стрѣ́йшимъ си́мъ по́стомъ да предꙋготовля́ютъ себѐ, и҆ трѝ оу҆́бѡ днѝ пре́жде прїстꙋпле́нїа, ѿ ѡ҆предѣле́нныѧ мѣ́ры вїна̀, по́л ча́сти то́чїю да во́змꙋтъ.

7. Про́чее же тридне́вное о҆́ное въ нача́лѣ вели́кагѡ поста̀ нея҆де́нїе крѣ́пкимъ оу҆́бѡ на произволе́нїе ѡ҆ставля́етсѧ; сла́бымъ же и҆ немощны́мъ, па́че же и҆ тѣ́мъ, и҆̀же не хо́щꙋтъ держа́ти є҆̀, по скончанїи полꙋдне́внагѡ послѣ́дованїа, в̾ пе́рвыѧ днѝ, то̀ є҆́сть, в̾ понедѣ́льникъ

и҆

primis hisce Lunæ, & Martis diebus (Mercurii enim die post sacra in Refectorio convenient) justam Xerophagiæ, & vini portionem in cellas suas, superior per Trapezarium mittet.

8. Demum hoc quoque ordinandum duximus, ut fratres diebus Xerophagiarum, vacuam illam cœnæ dimidiam, & dum stomacho cibis non repleto, cesset commotionis necessitas, alteram etiam dimidiam, adeoque integram illam a VII. usque ad VIII. horam, utiliori cuipiam, de qua supra dictum, scriptitationi, & compositioni consecrent.

9. Si vero cœna sumatur, post hanc, uti dictum, dimidiæ horæ commotio fiet; residuæ tandem integræ horæ dimidium, seu Apodipno minori; seu precibus ante somnum recitandis; alterum vero dimidium, debitæ sacræ meditationi dedicabitur.

10. Hora tandem vespertina IX. luminibus æque ubique exstinctis, ad nocturnam omnes ibunt quietem. Ideo Ostiarius singulas fratrum cellas obeundo, nisi quis fratrum concioni conficiendæ ulterius immorari debeat, lumina ardentia ubique exstinguenda monebit.

и҆ вто́рникъ (въ сре́дꙋ бо по бж҃твеннѣ́й лїтꙋргі́и въ трапеза́рїю собира́ютсѧ всѝ) довольнꙋю сꙋхоѧде́нїѧ и҆ ві́на мѣ́рꙋ, коемꙋ́ждо въ ке́ллїи своѧ̀ настоѧ́тель чрез̾ трапеза́ра да̀ пошлетъ.

8. На послѣ́докъ же и҆ сїѐ ѹ҆станови́ти хотѣ́хомъ: да бра́тїѧ во днех̾ сꙋхоѧде́нїѧ пра́здное о҆́но ве́чери, пол̾ часа̀, и҆ зане́же не сꙋ́щей ве́черѣ, нѣ́сть нꙋ́жда потре́бное къ варе́нїю прохожива́нїе сотвори́ти, и҆ дрꙋго́е пол̾ часа̀, и҆ слѣдова́тельнѡ, є҆ди́нагѡ часа̀ вре́мѧ, поле́знымъ нѣ́кимъ, ѿ не́мже горѣ̀ рече́но бы́сть, списа́нїемъ и҆ сочине́нїемъ проведꙋ́тъ.

9. А҆́ще же ве́черѧ прїе́млетсѧ, по се́й ꙗ҆́коже рече́сѧ, пол̾ часа̀ прохожива́нїе да бꙋ́детъ, пол̾ ча́сти ѡ҆стаю́щагѡ часа̀ ма́ломꙋ повече́рїю, и҆лѝ моли́твамъ на со́нъ грѧдꙋ́щихъ, пол̾ ча́сти же до́лжномꙋ бг҃омы́слїю да посвѧ́тѧтъ.

10. Въ вече́рный же ча́съ девѧ́тый свѣ́щамъ бо всю́дꙋ ра́внѣ ѹ҆гаше́ннымъ сꙋ́щымъ, на но́щный поко́й всѝ да и҆́дꙋтъ. И҆ сегѡ̀ ра́ди две́рникъ всѧ̀ ке́ллїи ѡ҆бходѧ̀, ра́звѣ а҆́ще комꙋ̀ сочине́нїѧ ра́ди про́повѣди, да́лѣе бдѣ́ти потре́бно є҆́сть, горѧ́щїѧ свѣ́щы да повели́тъ ѹ҆гаси́ти.

11. Quod ſubinde pervigiliæ de conſueto ſomni tempore ſubripiunt, id ſomnus poſt laudes matutinas modice ulterius protractus, utcunque compenſabit.

12. Interdiu autem ſtertere, ne cuipiam impune ſit.

CAPUT XII.

Qualiter hoſpites recipiendi.

1. Monachi, & ſacerdotes ſeculares, tam refecturi, quam forte etiam noctaturi, intra limina ipſius monaſterii recipiantur, nunquam tamen, niſi authenticas exhibeant commendatitias litteras.

2. Non igitur abs re erit, pro ſimilibus forte aliquando adventuris, unum alterumve, neceſſaria ſupellectili commode inſtructum deſtinaſſe cubile, idque mundum ſemper, atque paratum habuiſſe.

3. Immo ſeculares quoque viri digniores, æque intra monaſterium ad hoſpitales cellas recipiantur.

4. Fœminis quoque illuſtrioribus & dignioribus, ſi quæ forte cum viris adveniant, ſeparatum quoddam in monaſterio cubile deſtinandum, & hæ tam pro cibo, quam nocturno ſomno illuc relegabuntur.

11. Єже аще иногда ѿ обычнагѡ сна, бдѣніе ѿемлетъ, то сномъ по оутрени малѡ нѣчто продолжитима имꙋщымъ, доволнѡ дополнится.

12. Днемъ же никомꙋже лѣть єсть спати.

ГЛАВА ДВАНАДЕСѦТАѦ.

Ѡ єже, какѡ подобаетъ гостей пріимати.

1. Монасы и мірстіи сщенницы, или ѡбѣдовати токмѡ, или пренощевати хотѧще, внꙋтрь мнтыра да пріимꙋтсѧ, но не иначе, развѣ аще достовѣрное покажꙋтъ препорꙋчителное писаніе.

2. Полезно бы оубо было, таковыхъ ради пріити иногда имꙋщихъ, нѣкіѧ потребными вещми оукрашенныѧ домы ѡпредѣлити, и тіѧ всегда чистыѧ и готовыѧ имѣти.

3. Паче же и мірстіи достойнѣйшіи мꙋжіе, равнѣ внꙋтрь мнтыра да пріимꙋтсѧ въ гостинници.

4. И женамъ же славнѣйшымъ и достойнѣйшымъ съ мꙋжи негли пріити имꙋщымъ, раздѣленное нѣкое въ мнтырѣ жилище да ѡпредѣлитсѧ, и тіѧ ѩкоже пищи, такѡ и нощнагѡ сна ради, тамѡ да ѿсылаютсѧ.

5. Pro inferioris autem conditionis hoſpitibus ſuſcipiendis, ſeorſim a ſeptis monaſterii, haud procul tamen a veſtibulo; forte in eo, quod fere ſingulis adjacet monaſteriis Xenodochio, unum alterumve cubile neceſſariis inſtruetur, ibique hi, ſeu ſimplicis, ſeu mixti ſint ſexus, & cibum & ſomnum capiant.

6. Hoſpitum extra monaſterii ſepta recipiendorum juſta, ac debita cura, ſeniori cuidam probatæ conſtantiæ viro, aut duobus etiam demandabitur. Ii hoſpitibus ſubinde adparebunt, neceſſaria, & commoda illis dabunt. Nunquam tamen in gratiam hoſpitalitatis, menſæ mulieribus forte ſtipatæ adſideant, noctem vero nulla ratione illic traducant.

7. Et ſiquidem Archimandritæ, ubi is eſt ſuperior, illuſtriores, qui advenere, viros, quemadmodum & monachos, & ſacerdotes peregrinos ad peculiarem ſuam invitare menſam viſum fuerit, liberum ei eſto.

Si vero & ipſe, & hoſpites tales communi cum cæteris fratribus menſæ adſidere malit, jejunii rigor remittetur, & conſueta alias ad refectionem lectio tantiſper ceſſabit, ne nimia, & nusquam interrupta diſtrictio, tandem in tepiditatem deſinat.

5. Къ воспрїѧтїю же нижнагѡ состоѧнїѧ гостей, внѣ монастырскїѧ ѡграды, но не далече ѿ двери, ӥзрѧднѣеже въ оной, ӕже не малѡ при всѧкомъ монастырѣ есть, страннопрїимницѣ, єдино, или два жилища потребными вещми да оустроѧтсѧ, и тамѡ оубѡ таковыи, или єдинагѡ, или обоегѡ будутъ пола, и трапезꙋ и ложе да имутъ.

6. Пристойное и должное гостемъ, внѣ мнтыра воспрїѧтисѧ имꙋщымъ послꙋженїе, старшемꙋ нѣкоемꙋ, и постоѧнномꙋ мꙋжꙋ, или и двѣма да наложитсѧ. Сїи гостемъ да ѧвѧтсѧ на времѧ, и нꙋждныѧ и потребныѧ да дадѧтъ имъ. Страннопрїимства обаче ради, къ трапезѣ женами негли ѡкрꙋженнѣй, никогдаже да засѣдаютъ, нощь же тамѡ никакѡже да проведꙋтъ.

7. И аще оубѡ Архїмандрїтъ, идѣже сирѣчъ той начальствꙋетъ, пришедшїѧ нѣкїѧ славнѣйшїѧ мꙋжи, ӕкоже и монахи странныѧ, на собственнꙋю свою трапезꙋ звати изволитъ, свободно емꙋ бꙋди.

8. Аще же и самъ съ таковыми гостми при общей паче, всѣхъ братїи трапезѣ изволитъ сѣсти, ѡблегчаетсѧ острота поста, и обычное при ѡбѣдѣ чтенїе ѡставлѧетсѧ, да не какѡ непрестанное и неѡслабное напряженїе, въ совершенное премѣнитсѧ разслабленїе.

9. Lectionis, loco ad hoſpites dupliciter reficiendos, ſermo doctus, gravis, & ſuavis, qui religioſa profeſſione dignus ſit, ad menſam ducatur.

10. Si qui ſe pauperes, & egeni inſinuent, hi quoque ex iis, quæ Dominus dederat, cum omni erunt humanitate reficiendi, & ut vires patiuntur, ſublevandi.

11. Aurum autem, vel argentum, aut quamcunque demum mercedem, ſeu precibus, ſeu technis ab hoſpitibus extorqueri, ſub ſeveriſſima caſtigatione omnino prohibemus. „Nunquam, „ inquit D. Hieronymus Epiſt. II. „ petentes, „ raro accipiamus rogati. Beatius „ enim eſt magis dare, quam acci- „ pere; neſcio enim, quomodo „ etiam ipſe, qui deprecatur, ut „ tribuat, cum acceperis, viliorem „ te judicat, & mirum in modum, „ ſi eum rogantem contempſeris, „ plus te poſterius veneratur.„

12. Hoſpites abeuntes, ea, qua ſuſcepti ſunt, comitate in Domino dimittantur.

13. Ne tamen nimio ſumtu monaſteria exhauriantur, ipſi etiam divinæ huic virtuti, hoſpitalitati, pro monaſterii viribus, modus imponendus erit.

9. Въ мѣсто же чтенїа, во еже гости сугубо напитати, бесѣда нѣкаа ученнаа, солїю хрїстїанскою растворенная, сладкаа, и монашескагѡ чина достойнаа, да водится.

10. Аще нищъ и убогъ прїидетъ, и сихъ такожде ѿ тогѡ, еже Гдь далъ есть, со всякою благостїю накормити, и по возможности утѣшити подобаетъ.

11. Злато же и сребро, или каковую либо мзду, буди моленїемъ, буди злохудожною хитростїю, ѿ гостей испросити, подъ прещенїемъ острѣйшагѡ наказанїа всячески возбраняемъ. „Никогда же „ глетъ стый Іеронимъ въ „ посланїи в. „ просяще, мало когда „ да прїимемъ просимїи: блаженнѣе „ бо есть даяти, неже прїимати. Не „ вѣмъ бо, какѡ и самъ, иже тя „ нѣчимъ понуждаетъ, егда уже „ взялъ еси, то хуждша тя вмѣ- „ няетъ, и дивнымъ нѣкимъ ѡбра- „ зомъ, аще его презриши моляща, „ многѡ тя послѣди вящше почи- „ таетъ. „

12. Ѿходящїи гости, тоюжде, еюже прїемлены быша, кротостїю, ѿ Гдѣ да ѿпущаются.

13. Ѻбаче да не какѡ излишнымъ иждивенїемъ истощаются монастыри, бжественнѣй убо сей почти добродѣтели, страннопрїимству, по силѣ мнтыря, предѣли подобаетъ положити.

14. Mendicatio, utpote quæ colore penuriæ, & egestatis, grassandi potissimum, & habendi incrustare suevit libidinem, professæ constantiæ, & paupertati omnino contraria est. Eam itaque monachis universis sub severissimæ pœnæ minatione prohibemus, & quidem adeo, ut nec ipsi gravius quoddam v. c. ex incendio, exundatione, aut insolita sterilitate damnum perpesso monasterio, tale quidquam, nisi seria necessitate Diœcesano, & per hunc Metropolitano exposita, a foro competenti licentiam, & a Diœcesano commendatitias obtineant, præsumere liceat. Hac vero impetrata, modum concessæ libertatis nequaquam excedant, & tempore, quod præscriptum fuerit, elapso, a mendicatione illico recedant.

15. Divini etiam spiritus gratiam vendidisse impium omnino, & simoniacum est. Statuimus igitur, ut Hieromonachus, si fidelium forte confessiones exaudiens, a quoquam, seu pro absolutione conferenda, seu pro S. Communione administranda, quidquam vel minimum exigere, aut in satisfactionem canonicam pro peccatis, hoc illudve, cujuscunque sit tituli, monasterio, aut sibi præstandum, cuiquam imponere ausus fuerit, deponatur.

14. Прошéніе, є҆́же завѣ́сою нищеты̀ и҆ оу҆бо́жества, мéрзкое скита́нія и҆ любостяжа́нія скры́ти ѡ҆бы́чє раче́ніє, клятвенномꙋ ѡ҆бѣща́нномꙋ постоя́нствꙋ, и҆ оу҆бо́жествꙋ, проти́вно є҆́сть. Оу҆̀бо то̀ мона́хѡмъ всѣ́мъ подъ ѡ҆стрѣ́йшымъ наказа́нія прещéніемъ возбраня́емъ, и҆ та́кѡ оу҆́бѡ, ꙗ҆́кѡ ни са́мый ва́щшꙋю нѣ́кꙋю на при́мѣръ, ѿ пожа́ра, наводнéнія, и҆лѝ ѡ҆́бщагѡ земли̇̀ безплодíя, тщетꙋ̀ пострада́вшій мⷭ҇тырь, таково́е нѣ́что, ра́звѣ а҆́ще кра́йнꙋю нꙋ́ждꙋ мѣ́стномꙋ є҆пⷭ҇кпꙋ, и҆ чрез̾ сего̀ Митрополі́тꙋ доказа́въ, ѿ подоба́ющагѡ сꙋди́ща (принадлежа́щагѡ нача́лства) дозволéніе, ѿ мѣ́стнагѡ же є҆пⷭ҇кпа препорꙋчи́телное полꙋчи́тъ писа́ніе, творити да дéрзнетъ. Є҆́же полꙋчи́вши, мѣ́рꙋ да́ннагѡ є҆мꙋ̀ дозволе́нія нико́ако́же да престꙋ́питъ, мину́вшꙋ же ѡ҆предѣлéнномꙋ врéмени, ѿ прошéнія а҆́біе да преста́нетъ.

15. И҆ бж҃твеннагѡ же Дх҃а бл҃года́ть продава́ти, нечести́ва и҆ безбо́жна є҆́сть сімоні́а. Оу҆̀бо оу҆становля́емъ, да вѣ́рныхъ негли̇̀ и҆сповѣ́да́нія пріе́млай сщ҃енномона́хъ, а҆́ще ѿ когѡ̀, и҆лѝ прощéнія, и҆лѝ с. причащéнія ра́ди, и҆ наимéншее что̀ проси́ти, и҆лѝ за прави́лное ѿ грѣсѣ́хъ доблетворéніе, что́либо, и҆лѝ мⷭ҇тырю, и҆лѝ себѣ̀ да́ти, наложи́ти комꙋ̀ дéрзнетъ, низвéрженъ бꙋ́детъ.

CAPUT XIII.

De Vestimentis Fratrum.

1. Volumus, ut Fratres vestem necessariam, ex uno, & communi vestiario desumant.

2. Esto vero hæc vestis, non ad ambitionem, sed ad necessitatem comparata, ad corporis scilicet nuditatem tegendam, & frigoris injurias arcendas.

3. Coloris ut plurimum pulli, ceu lugubris, & in eodem monasterio, omnibus, quotquot sunt, fratribus eadem omnino ac æqualis.

4. Archimandritæ tamen paullo molliora, atque splendidiora, ipsa muneris dignitas adjudicat indumenta.

5. Cujusvis autem vestimenti, expetendi æque ac exhibendi tempus, ipsa necessitas indicabit.

6. Postquam scilicet hæc, illave vestis longo usu adeo fuerit detrita, ut amplius ea uti nequeat, superiorem, modeste exposita necessitate, frater pro ea sibi subministranda demisse interpellabit; is vero justa petenti, adsensum nequaquam negabit.

7. Caveant modo fratres, ne vestitu de manu superioris accepto,

ГЛАВА ТРИНАДЕСЯТАЯ.

Ѿ ѡдѣѧнїи братїй.

1. Хощемъ, да братїѧ нꙋждное кїйждо ѡдѣѧнїе ѿ єдиныѧ и тоѧжде ризницы общїѧ прїемлютъ.

2. Бꙋди же ѡдѣѧнїе тое не к киченїю, но къ нꙋждѣ оустроенное, то єсть, во єже наготꙋ плоти покрыти, и сїю противꙋ зимы ѡхранити.

3. Шаръ єгѡ, то єсть, видъ да бꙋдетъ во обще черный, сирѣчь плачевенъ, и в томжде и въ єдиномъ монастырѣ, єликѡ аще бꙋдетъ братїй, всѣмъ равенъ, и єдиновиденъ да бꙋдетъ.

4. Архїмандрїтꙋ же, самое єгѡ достоинство, мягчае и свѣтлѣе присꙋждаетъ ѡдѣѧнїе.

5. Єже когда подобаетъ ѡдѣѧнїе искати же и дати, самаѧ бꙋдетъ потреба ѩвити и ѡпредѣлити.

6. Єгда сирѣчь сїѧ или ѻнаѧ риза долговременнымъ ношенїемъ толь бꙋдетъ раздранна, ѩкѡ не мощи ю оуже носити, братъ потребꙋ свою со смиренїемъ доказавъ, молити имать настоѧтелѧ, да бы ємꙋ таковꙋю далъ; Той же видѣвъ праведное єгѡ прошенїе, не ѿпꙋстит єгѡ тщетна.

7. Точїю да хранѧтъ себѣ братїѧ, да не какѡ взѧтꙋю ѿ рꙋки настоѧтелѧ ѡбꙋ-

quoquomodo abutantur, ne forte præmature lacerentur; justam ſecus repulſam, ſeu recentis negationem, propriæ nonniſi culpæ imputaturi.

щꙋ злѣ ѹпотреблѧ́тъ: да не какѡ пре́жде вре́мени раздере́тсѧ; А҆́ще бо и҆́ное творѧ́щымъ и҆̀мъ, но́вꙋю да́ти настоѧ́тель ѿрече́тсѧ, пра́ведное то́ѧ лише́нїе, ничесомꙋ́же и҆но́мꙋ, ра́звѣ свое́й зло́бѣ вписа́ти и҆́мꙋтъ.

8. Curæ etiam eorum incumbet, læſa vel minimum veſtimenta illico reficere, ne alias incuria turpis creſcat hiatus; maculam forte impactam lente exterere, & extergere, frequentius item ſuccutere, & ſcopulis ſetaceis purgare, ne alias monachus inanem nitorem fugiens, in ſqualorem impingat.

8. Ктомꙋ̀ є҆щѐ до́лжность и҆́хъ є҆́сть, повреждє́нныѧ чи́мъ либо ри́зы, да не ка́кѡ ра́здоръ простира́етсѧ, а҆́бїе и҆спра́вити, прибы́вшїй не́гли поро́къ ти́хѡ ѿтре́ти и҆ и҆змы́ти, тї́ѧ ча́стѡ потрѧса́ти и҆ ме́тлою ѡ҆чи́стити, да не и҆на́че мона́хъ свѣ́тнагѡ бѣ́гаѧ сїѧ́нїѧ, въ скве́рнꙋ впаде́тъ: ꙗ҆́коже бо многохꙋдо́жнѣ и҆змы́шленное ѹ҆краше́нїе ненави́дѧтъ мона́шескаѧ пра́вила, та́кѡ ѿ є҆сте́ственныѧ ѡ҆дѣѧ́нїй чистоты̀, ѿню́дъ не ѿвраща́ютсѧ.

Quemadmodum enim adfectatum ornatum odit regula monaſtica, ita naturali veſtium munditiei plane non eſt inimica.

9. Primum monachi veſtimentum, quo princeps ejus tegitur membrum, cucullus eſt. Cui præterea imponitur pulla, ex pilis potiſſimum cameli contexta ſubaſpera rica, quæ comam per humeros diffuſam undique tegit.

9. Пе́рвое мона́ха ѡ҆дѣѧ́нїе, и҆́мже нача́льный є҆гѡ̀ ѹ҆́дъ, то̀ є҆́сть: Глава̀ покрыва́етсѧ, є҆́сть Ка́па и҆лѝ Кло́бꙋкъ, на́дъ си́мъ полага́етсѧ че́рнаѧ, ѿ вла́съ велблꙋ́жьихъ по бо́лшей ча́сти сотка́ннаѧ, и҆ разлива́ющаѧсѧ по ра́мѣхъ, вла́сы̀ покрыва́ющаѧ камила́вка.

10. Cucullum hunc monachus, inter ſacra eccleſiaſtica officia, non raro de capite tollit, utpote quoties Euangelium ſub quacunque ſacra functione legit, aut audit; Ad utrumque Liturgiæ, & unum veſperarum introitum; ſub Liturgia præterea: Ad Cherubicum Hymnum; Ad verba Chriſti: Accipite &c.

10. Ка́пꙋ сїю̀ мона́хъ междꙋ̀ церко́вными послѣ́дова́нїемъ ча́стѡ взыма́етъ ѿ главы̀: ꙗ҆́коже є҆ли́жды а҆́ще по̀ каки́мъ либо сщеннодѣ́йствїемъ чте́тъ и҆лѝ слы́шитъ є҆ѵⷢ҇лїе; на ѻ҆ба лїтꙋргі́и, и҆ є҆ди́нъ вече́рный вхо́дъ: на херꙋві́мской пѣ́сни: на словеса̀ хрⷭ҇то́ва: Прїими́те, и҆ про́ч. на до́стойно є҆́сть: на ѻ҆́ч҃е на́шъ.

16. Defunctorum fratrum nomina, non in matriculam tantum ſunt ingerenda, ſed in peculiare etiam, quod ſolos Hiero - & monachos contineat, Diptychon illico erunt inſerenda, & tam in Protheſi, quam in ſacra Liturgia commemoranda.

17. Et quadragenarium quidem pro eo Miſſarum ſacrificium, niſi forte tempus, quo aut quotidiani ſacrificii uſus non eſt, aut mortuorum commemoratio fieri non ſvevit, prohibeat, a die obitus illico inchoatum continuetur.

хі - или єп҃копѣ N. N. Игꙋменѣ же N. N.

13. Да бꙋдꙋтъ же двѣ книги таковыѧ: єдина парохїална, крещенныхъ сирѣчь, вѣнчаємыхъ, и погребенныхъ мирскихъ; дрꙋгаѧ же монашескаѧ, всѧ нарочиты братїй єпохи по имени, и тонкочастнѣ написанныѧ содержащаѧ.

14. Парохїалнꙋю книгꙋ Игꙋменъ, монашескꙋю же Архїмандрітъ при себѣ да держитъ, или намѣстникъ, каκω сирѣчь въ монастырѣ коемъ Архїмандрітъ началствꙋетъ или Игꙋменъ.

15. Кійждо обаче при концѣ всѧкагω лѣта, всѧ, ѧже в лѣтѣ томъ написана быша, по чинѣ да испишетъ, и єп҃копꙋ мѣстномꙋ да представитъ.

16. Оусопшихъ братїй имена не токмω в такꙋю книгꙋ, но и въ собственное нѣкое, сщ҃енно - токмо и монахωвъ содержати имꙋщее діптѵхонъ. Абїе да напишꙋтсѧ, и ѧкω на проскомидїи, такω и на бж҃твеннѣй літꙋргіи да поминаютсѧ.

17. И четыредесѧтоднѐвное оубω ѿ немъ сщ҃еннодѣйствїе, аще не точїю времѧ, въ неже или повседневнаѧ слꙋжба, или мертвыхъ поминанїе не бываетъ, возбранѧетъ, ѿ днѐ смерти єгω абїе начéншеесѧ, по всѧ дни да творитсѧ.

18. Reliqua vero officia, veluti III; IX; XL post obitum die, nec non post semestre, & annum, suis pariter temporibus, omnino persolvantur.

CAPUT II.

De transitu ex moansterio in aliud monasterium.

1. Monachus ex monasterio, in quo professus est, in aliud ejusdem licet Diœceseos monasterium, proprio arbitrio transire non potest.

2. Immo etiamsi forte in Hegumenum, vel Archimandritam alterius monasterii electus foret, sine consensu superioris sui, electioni de se factæ consentire nequaquam potest, quia nec velle, nec nolle habet, ejusque arbitrium non a sua, sed ejus, quem vice Dei supra caput suum posuit, & cujus imperio se subjecit, voluntate dependet.

3. Si autem quis deserto proprio monasterio, in aliud confugerit, ad communionem nequaquam admittetur, sed in carceres detrusus, proprio superiori, aut Episcopo tempestive restituetur.

4. Si quis autem monasterii superior, contrarium quid facere, & similes suscipere, ac alimenta illis administrare præsumpserit, officio suo privandus erit.

18. Прочаѧ же ѿ оусопшихъ правила, ꙗкоже суть, въ третый, девѧтый, четыредесѧтый день, пополлѣта, и всемъ лѣтѣ по смерти, всѣ во своѐ времѧ да совершаетсѧ.

ГЛАВА ВТОРАѦ.

Ѿ преходѣ из монастырѧ во инъ мнтырь.

1. Монахъ из мнтырѧ, в немже пострижен бысть, во инъ, аще и въ тойжде епархіи сущій мнтырь, по своей его воли не можетъ прейти.

2. Паче же аще и во Игумена, или Архімандріта инагѡ нѣкоегѡ мнтырѧ избранъ былъ бы, без дозволенія настоѧтелѧ своегѡ, самъ егѡ избранію соизволити не можетъ, занеже нѣсть емꙋ ни еже хотѣти; ни еже нехотѣти, и произволеніе егѡ оуже не ѿ своеѧ, но ѿ тогѡ, егоже вмѣсто Бга, надъ главою своею постави, и егѡже власти самъ себѣ подверже, воли зависитъ.

3. Аще же кто мнтырь свой ѡставивъ, во инъ бѣжитъ, въ сообщеніе да не пріемлетсѧ, но въ темницꙋ верженъ, настоѧтелю своемꙋ, или епкопꙋ без замедленіѧ да возвратитсѧ.

4. А иже противное нѣчто творити, и таковыхъ пріимати, и питати дерзнꙋвый мнтырѧ началникъ, сана своегѡ лишенъ да бꙋдетъ.

5. Si monachus peregrinus ex alieno territorio, in quodcunque se recipiat monasterium, commendatitiis proprii sui Episcopi litteris utut instructus, donec res Diœcesano denuncietur, in custodia erit detinendus.

6. Si tamen frater ob graves simul, & justas caussas v. c. ob noxiam sibi forte cœli temperiem, & inimicum soli genium, aut implacabile etiam reliquorum in se odium, ex hoc in aliud transire meditetur monasterium, rem superiori, ea qua par est, submissione deteget.

7. Superior, fratris saluti prospecturus, conatus simul ejus, & caussas, quas adducit, Diœcesano revelabit.

8. Diæcesanus rem studiose examinabit, an non fortassis sub colore adductarum caussarum, vagandi, aut forte ulciscendi lateat libido, & caussa discussa, quod magis ei expedire visum fuerit, id aget.

9. Si autem Diœcesanus, ob insignem aliquam utilitatem, aut necessitatem, fratrem quendam ex eo, in quo professus est, monasterio, in aliud transferre voluerit, dummodo utrumque monasterium in ejus fuerit diœcesi, libere quidem id faciet, sed tamen Claustralis Præfecti consensum non penitus excludet.

5. Аще странный монахъ из чуждагω царства, въ койлибо приходитъ монастырь, дондеже убω мѣстному епископу, вся ω немъ возвѣстатся, подъ стражою подобаетъ егò хранити, аще и препоручителное имѣяй будетъ ω своегω епископа писаніе.

6. Нò аще братъ тяжкихъ ради, и благословныхъ винъ, на примѣръ: аще воздухъ непріатенъ, и здравію егω иначе противенъ есть, или неснόсныя и неукрочаемыя ради прочихъ ненависти, во инъ монастырь прейти мыслитъ, настоятелю да скажетъ.

7. Настоятель же ω спасеніи брата таковагω, отеческое имѣя попеченіе, и намѣреніе егω, и наведенныя вины, епископу да представитъ.

8. Епископъ дѣло сіе ωпаснω испитавъ, нѣсть ли подъ завѣсою наведенныхъ винъ, или ко скитанію, или къ ωмщенію похоть нѣкая потаена, и вся увидѣвъ, еже полезнѣйше и лучше быти разсудитъ, тò да творитъ.

9. Аще же епископъ изрядныя нѣкія пользы, или нужды ради, брата когò из монастыря, в немже пострижеся, во инъ нѣкоторый премѣстити хощетъ, есть ли точію оба монастыря во епархіи егω, свободно ему да будетъ, обаче съ соизволеніемъ монастырскагω начальника.

10. Cum autem hoc Episcopis liceat, multo magis potestas efficiet Imperatoria, quæ ipsos etiam Episcopos promovet.

CAPUT. III.

De renunciatione status monastici, seu de Apostasia.

1. Hoc unicuique utile, atque conveniens est, ut suum propositum, quod eligit, sive gratiam, quam accepit, summo studio ac diligentia, ad operis arrepti perfectionem pervenire festinet, & aliorum quidem laudans, admiransque virtutes, nequaquam a sua, quam semel elegit professione discedat.

2. Et siquidem novitius nondum professus, mutato consilio, ad seculum redire velit, liberum ei esto; nec impune omnino sit eidem regressum quoquomodo exprobrasse. Neque enim una, sed plures sunt viæ, quibus pervenitur ad Deum. Multas sane vias muniit Deus, ut earum varietate facilior pateret accessus.

3. Immo si adeo sit petulantis, & discinctæ vitæ, ut plane nulla melioris frugis affulgeat spes, a monasterio tempestive erit amandandus.

4. At non ita se res habet cum monachis, aut Hiero-monachis, quos

10. А҆ и҆дѣ́же сїѐ е҆пⷭ҇кпѡмъ лѣ́ть є҆́сть твори́ти, мно́гѡ па́че верхо́внаѧ ца́рскаѧ, и҆ са́мыхъ е҆пі́скопѡвъ оу҆правлѧ́ющаѧ вла́сть, то̀ твори́ти мо́жетъ.

ГЛАВА̀ ТРЕ́ТІѦ.

Ѿ ѿрица́нїи мона́шескагѡ чи́на, то̀ є҆́сть: ѡ҆ ѿстꙋпле́нїи.

1. Сїѐ коемꙋ́ждо поле́зно и҆ благопри стойно є҆́сть, да намѣ́ренїе, є҆́же и҆збра́лъ є҆́сть, и҆ бл҃года́ть, ю҆́же прїѧ́лъ є҆́сть, со всѧ́кимъ тща́нїемъ и҆ прилѣжа́нїемъ, дѣла̀ воспрїѧ́таѧ въ соверше́нство привестѝ потщи́тсѧ, и҆ и҆́ныхъ оу҆́бѡ хвала̀ и҆ возвыша́ѧ добродѣ́тели, са́мъ ѿ клѧ́твеннѡ и҆збра́ннагѡ чи́на своегѡ̀ да не ѿстꙋ́питъ.

2. И҆ а҆́ще оу҆́бѡ начина́ющїи є҆щѐ непостри́женъ сы́й, намѣ́ренїе своѐ и҆змѣни́въ, въ мі́ръ возврати́тисѧ хо́щетъ, свобо́дно є҆мꙋ̀ да бꙋ́детъ: нижѐ да дерзне́тъ кто̀ оу҆кори́ти є҆го̀ таковагѡ ра́ди ѿстꙋпле́нїѧ. Не є҆ди́нъ бо, но мно́зїи сꙋ́ть пꙋтїѐ, и҆ми́же къ бг҃ꙋ прїитѝ возмо́жно, и҆ мно́гїѧ пꙋтѝ оу҆гото́вилъ є҆́сть бг҃ъ, ꙗ҆́кѡ да̀ бы хотѧ́щїи къ немꙋ̀ прїитѝ, разнстві́емъ пꙋте́й оу҆до́бнѣе шество́вати мо́гли.

3. Па́чеже, а҆́ще начина́ющїи то́ль злы́ѧ и҆ развраще́нныѧ бꙋ́детъ и҆мѣ́ѧ нра́вы, ꙗ҆́кѡ ни є҆ди́нѣй оу҆́же бы́ти ѿ и҆справле́нїи є҆гѡ̀ наде́ждѣ, ра́нѡ подоба́етъ є҆го̀ во́нь мнтрѧ ѿпꙋсти́ти.

4. Сїѧ̑ ѡ҆ба́че не та́кѡ быва́ютъ съ і҆ерїно-и҆ мона́хи, и҆̀хже ѡ҆бѣ́ты вкꙋ́пѣ и҆

quos voti ſimul ſacramentum, & lex ſtrictos omnino tenent.

5. Monachus nullo ſacro ordine initiatus, immo forte etiam Lector creatus, ſi fugam meditetur, & alter ſacrilegi propoſiti conſcius, mature conſilium non detexerit, hic taciturnitatem ſegregatione luet.

6. Ille, ſi in ipſo actu intercipiatur, in carceribus jejunio caſtigabitur, donec frequentioribus hortationibus, & monitis emendatus, ſeriæ dederit ſigna conſtantiæ.

7. Si autem e monaſterio elapſus, abjecto habitu monaſtico, ſecularibus ſeſe adgregaverit, ſuperioris erit, perditam oviculam ſollicite quærere, eamque a loci Magiſtratu, tamquam ſuam expetere.

8. Et ſi quidem jam ſecundo profugus, monaſterio iterum redditus fuerit, carcer ſimul, & jejunium, ulterius, ſed conſulto nonniſi Epiſcopo, producetur. Quodſi tandem certis reſipiſcentiæ indiciis ab eo editis, Epiſcopo pœnam remittere viſum fuerit, iterum libertati reſtituendus erit.

9. Superior interim, ne forte fugitivus frater a quoquam exaſperatus, iterum ad genium redeat, adſiduis exhortationibus, & blandis quibusque mediis, arreptum opus, leve atque ſuave ei efficere conetur.

законъ крѣпкѡ обвазанныхъ держатъ.

5. Монахъ никаковое не имѣа рꙋкоположенїе, пачеже аще и чтецъ бꙋдетъ, аще бѣгати намѣраетъ, инъ же отстатское єгѡ намѣренїе свѣдый, начинанїа єгѡ рано не ѿкрываетъ, грѣхъ премолчанїа, ѿлꙋченїа казнїю да загладитъ.

6. Тойже аще въ самомъ дѣлѣ ятъ бꙋдетъ, постомъ да мꙋчится въ темницѣ, дондеже частыми оувѣщанїами, и поꙋченїами оумиленъ, твердагѡ постоанства достовѣрнаа дастъ знаменїа.

7. Аще же из мнтыра избѣгъ, и ѡдѣанїе монашеское ѿвергъ, мїрскимъ соѡбщится, настоателѧ должность бꙋдетъ, погибшꙋю овцꙋ искати, и ю ѿ мѣстнагѡ правителства испросити.

8. И аще оубѡ вторицею оуже избѣгъ, паки в монастырь возвратится, и темница и постъ ѡжесточенъ продолжается, но не без соизволенїа єпкопа. И аще оубѡ извѣстнаа ємꙋ исправленїа знаменїа давшꙋ, єпкопъ наказанїе ѿпꙋстити изволитъ, паки въ свободꙋ свою да поставится.

9. Междꙋ тѣмъ настоатель, да не какѡ братъ бѣглецъ ѿ когѡ раздраженъ, паки на блеванїе свое возвратится, частими оувѣщанїами, и всакимъ благимъ и кроткимъ ѡбразомъ воспрїатое иго, легко ємꙋ и благо сотворити да потщится.

10. Si vero tandem incorrigibilis frater, ad priorem iterum vomitum redeat, & tertium e monasterio fuga se subduxerit, tandem putidum omnino membrum, a reliquo corpore resecandum erit, & apostata monasterio restitutus, solenni ritu, gratia per professionem collata privatus, veste monastica spoliatus, & propriis, quibuscum ingressus est, si præsto sint, vestimentis indutus, e monasterio ejiciendus est.

11. Qui autem sacro jam ordine initiatus monachus fugam dederit, eum superior omni indagabit diligentia, & ope tandem Magistratus competentis sibi redditum in carceres conjiciet, ibique jejunio duriori castigabit, donec Episcopus, veræ pœnitentiæ signis in eo observatis, libertatem ei reddi jusserit.

12. Mediis demum lenioribus, suspectus e priori fuga frater, intra limites monasterii omnino cohibebitur, & fugæ repetitio studiosissime præcavebitur.

13. Si tamen adeo fuerit contumax, ut omni licet adhibita diligentia, e monasterio iterum elabatur, carcer simul & pœna, judicio Episcopi producetur, & exasperabitur.

14. Denique si Episcopi humanitate libertati redditus, tertium aufugiat, & monasterio restituatur, si quidem præter fugam alterius etiam cri-

10. На послѣдокъ, аще неисправимый братъ паки на блеваніе свое возвратившійся, третицею ѿ монастыря избѣжитъ, тогда уже гнилый удъ ѿ прочаго тѣла ѿсѣщи подобаетъ, и ѿступникъ таковый, монастырю паки возвращенъ данныя ему постриженіемъ благодати, и ѡдѣянія монашескагѡ торжественнѡ совлеченъ, во своя же ризы облеченъ, ѿ монастыря да изженется.

11. Аще же рукоположеніе уже имѣяй монахъ избѣгнетъ, и того настоятель всякимъ прилѣжаніемъ да ищетъ, и помощію принадлежащагѡ правительства мигли себѣ возвращенна, в темницу да всадитъ, и тамѡ острымъ постомъ да измучитъ, дондеже епископъ, истинная в немъ покаянія знаменія усмотривъ, свободу ему дати позволитъ.

12. Таже братъ ѿ первагѡ уже бѣгства подозрѣнъ сый, въ предѣлехъ монастыря всякимъ благимъ образомъ да содержится, и да не паки избѣжитъ, ѡпаснѡ да хранится.

13. Аще толь жестоковыйнный будетъ, яко и всякому прилѣжанію употребившуся паки избѣгнетъ, темница вкупѣ и казнь, разсужденіемъ епископа, да продолжится и ѡжесточится.

14. Послѣди же, аще благостію епископа избавленъ, и третицею избѣгъ, монастырю паки возвращенъ будетъ, аще кромѣ бѣгства, и ѡ иномъ нѣко-

minis gravioris reus declaratus fuerit, eum ordine ſimul, & monaſtico ſtatu exutum, e monaſterio eliminaſſe præſtabit.

15. Si autem Epiſcopo, duriorem hanc pœnam mitigare, & a degradatione abſtinere viſum fuerit, ex ergaſtulo, in quod detruſus eſt, non amplius egredietur.

16. Si quis autem eo proterviæ ruat, ut ejurato quaſi omnis pietatis, & verecundiæ ſenſu, monachus (de Hiero-monacho enim quis talia ſuſpicetur?) votorum remiſſionem aperte, & manifeſte, ſub quocunque petat prætextu, hic utpote turpia petens, nequaquam exaudiendus, ſed niſi ſuavioribus monitis reſipiſcat, durioribus quibusque mediis omnino coercendus erit.

APPENDIX.

De pœnis, ſeu Epitimiis delinquentium.

1. Graviorum deliƈtorum, a fratribus perpetratorum cognitio, & ſuperiorum etiam correƈtio, quandoque ad ipſius Diœceſani, quandoque autem ad Conſiſtorii tribunal pertinebit.

2. Leviorum autem deliƈtorum, contra regulam ſive intra, ſive extra clauſtrum commiſſorum, cognitio ſimul & coercitio, in ſuperioris, qui diſciplinæ præfeƈtus eſt, poteſtate erit.

емъ тажкомъ грѣсѣ поемленъ будетъ, добро будетъ того, и свѧщеннагѡ и монашескагѡ чина совлеченна, изъ мнтыра изгнати.

15. Аще же єпкопъ тажкую сїю казнь ѡблегчати, и ѿ низверженїа руку свою удержати благоволитъ, поне из темницы, въ нюже всажденъ бысть, да не изидетъ ктому.

16. Аще же кто толь будетъ безстуденъ ѿ монахѡвъ, (ѿ свѧщенно-монахѣ бо кто бы дерзнулъ таковое нѣчто и помыслити;) ѧкѡ аки всякагѡ уже благочестїа и стыда ѿрекшійсѧ, обѣтѡвъ своихъ разрѣшенїе, подъ каковоюлибо виною ѧвнѡ просити, сей ѧкѡ неподобнаѧ просѧщь, никакѡже да услышитсѧ, но аще на кроткаѧ увѣщанїа не исправитсѧ, неукротимыѧ єгѡ челюсти, острѣйшими каковымилибо броздами да востагнутсѧ.

ПРИСТАЖАНІЕ.

ѾЂ казнехъ или єпітіміахъ согрѣшившихъ.

1. Єже ѿ тажкихъ грѣсѣхъ истазанїе, и началствующихъ исправленїе, иногда убѡ къ єпкопскому, иногда же конзїсторїалному судилищу принадлежитъ.

2. А єже ѿ меншихъ, буди внутрь, буди внѣ мнтыра, противу правила содѣанныхъ согрѣшенїахъ испытанїе, и тѣхъ наказанїе, будетъ во власти чиноправленїю приставленнагѡ началника.

3. Cum tamen vel levius quodvis in se delictum circumstantiis crescat, & ipsa etiam pœna, ejus dictandæ, & infligendæ modo sæpe sit augenda, superior non quamvis promiscue pœnam, suo infliget arbitrio. Sed

4. Si quidem factum tale fuerit, ut statim in continenti v. c. privata paterna admonitione; aut asperiori etiam correptione; publica ad mensam increpatione; vel orationem refectionis tempore ei injungendo; a mensa eum forte ad cœnam usque amandando; metanias aliquot (sufficiat autem 50. earum superioris arbitrio concessisse) imponendo, vel denique intra ipsa quandoque sacra, ob somnum, risum, vaniloquium, vel errorem, a priori statione ad infimum locum, saltem pro tunc relegando corrigi possit; Superior pœnam propria dictabit & exequetur authoritate.

5. Si vero facinus v. c. repetitum, aut quoquomodo sit auctum, ita ut nonnisi asperiori, aut longioris etiam temporis pœna v. c. aliquot dierum jejunio; segregatione; aut carcere; metaniis ad mensam, donec alii reficiantur, pluries faciendis; servilibus operis per aliquot dies, huic illive, aut toti forte conventui præstandis expiari possit; id vero superior propria nequaquam faciet authoritate. Sed

 6.

3. Но зане и наименшее коелибо погрѣшеніе обстоятелствами вящшее бываетъ, и самѣй же казни иногда, и самымъ, имже наноситса, чиномъ, ожесточеннѣй быти подобаетъ, настоятель властію своею не всякую налагаетъ казнь. Но

4. Аще такокое будетъ погрѣшеніе, еже абіе можетъ наказатися; на прим.; отеческимъ увѣщаніемъ, острѣйшымъ обличеніемъ, явнымъ при трапезѣ укореніемъ, во время обѣда молитвы наложеніемъ, от трапезы даже до вечери отгнаніемъ, метаніи нѣколико (довлѣетъ же тѣхъ Н властіи настоятелевѣй оставити) наложеніемъ, или между церковнымъ послѣдованіемъ, ради дреманія, смѣха, празднословія, или въ чтеніи погрѣшенія, от первагѡ стоянія, на послѣднее мѣсто отсланіемъ: тогда настоятель самъ своею властію казнь и закажетъ и наложитъ.

5. Аще же тоежде погрѣшеніе будетъ на примѣръ: повтореннно, или какимлибо образомъ ожесточенно, яко не мощи ему уже загладитися, развѣ жестокимъ, и долгагѡ времене наказаніемъ, на примѣръ: нѣколико дней постомъ, отлученіемъ, темницею, метаніями инымъ ядущымъ при трапезѣ, или рабскими службами, сему или оному, или всему братству на многія дни творитися имущими, сія и таковыя казни, настоятель самъ своею властію никакоже да наложитъ. Но

3.

6. Comperto ſubinde tali delicto, reum coram tota fratrum, aut probatiorum ſaltim & doctiorum congregatione ſiſtet, ibique re juxta regulas dijudicata, quod quidem jejunii, metaniarum, aut ſervilium operarum, fratribus reliquis ad tempus præſtandarum, concernit impoſitionem, ipſe ſuperior poſt communia reliquorum ſuffragia ſententiam feret, & propria eam exequetur authoritate; verberum autem pœna e monaſteriis penitus exulabit.

7. Carceres quoque, & ſegregationem aliquot dierum, ipſe ex communi reliquorum conſenſu infliget. Si autem caſtigationes hæ ulterius ſint producendæ, ſententiam quidem taliter latam, interim ſaltim exequetur. Eam vero Diœceſano illico ſubſternet, & niſi hic eam confirmaverit, ſententia ſaltim quoad tempus pœnæ nequaquam ſtabit.

8. Regradatio vero, & formalis ſuſpenſio, multo autem magis, monaſtici ſtatus detractio, & ſacris initiati degradatio, de ſententia Diœceſani, & Conſiſtorii pendebit.

SEQUUNTUR

Pœnæ, ſeu Epitimia delinquentium.

1. Superior, qui diſciplinæ præeſt, ſi commiſſum ſibi gregem nimia incuria negligat, nec de erigenda, labaſcente forte diſciplina ſollicitus ſit, ſegregationi erit obnoxius.

6. Открывшуся иногда сицевому грѣху, настоятель согрѣшившаго предъ соборомъ всѣхъ, или поне искуснѣйшихъ братіи да поставитъ, и тамо вещи по правиламъ разсужденнѣй сущей, еже убо поста, метаніи, или прочимъ братіямъ за время творитися имущихъ рабскихъ службъ наложенія касается, самъ настоятель по общему прочихъ мнѣнію изреченіе творитъ, и опредѣленную казнь самъ своею властію нанесетъ.

7. Такожде и темницу, и отлученіе нѣколико дней, самъ по согласному прочихъ суду нанесетъ. Аще же наказанія сія на болшее время продолжити когда нужда будетъ, сотворенное убо таковымъ образомъ изреченіе между тѣмъ въ совершенство приведетъ: обаче епископу мѣстному абіе да возвѣститъ е, и аще сей не приложитъ совѣтъ, изреченіе поне въ томъ будетъ нетвердо, яко въ рѣчь казны времени прекратитися подобаетъ.

8. Низведеніе же съ сана, и еже отъ священнодѣйствія отлученіе, многω же паче монашескагω чина совлеченіе, и еже отъ священства низверженіе, отъ епископскагω и консисторіалнагω виситъ разсужденія.

СЛѢДУЮТЪ.

Казны, то есть: Епитиміи Согрѣшившихъ.

1. Настоятель чиноправленію приставленъ, аще ввѣренное себѣ стадо отъ безмѣрнагω нерадѣнія не назираетъ, ниже о возставленіи низпадающагω негли чиноправленія попечется, отлученію да подлежитъ.

2. Si in judicando litem ſuam fecerit, dolum muneris luet diſpendio, imperitiam vero & imprudentiam ſegregatione.

3. Qui œconomiæ ſupereſt, ſi incuria aut dolo damnum inferat monaſterio, prius ſegregatione, poſterius, gradus amiſſione luet.

4. Si Vice-Hegumenus Hegumeno, & hic Archimandritæ, ſinguli vero Diœceſano contumaces ſeſe exhibeant, de gradu ſuo periclitabuntur.

5. Qui ad divina officia citra juſtam cauſſam tarde comparet, inter ea garrit, ridet, aut facetias agit, aut denique e templo, durantibus ſacris citra neceſſitatem egreditur, reliquis ad menſam ſedentibus L. metanias faciet, atque ita venia a ſuperiore accepta menſæ adcumbet.

6. Qui autem integra alias valetudine, divina negligit officia, hebdomadam unam jejunabit.

7. Qui fratri maledixerit, aut convicia in eum atrociora jactaverit, hebdomadam unam jejunabit.

8. In vanum frequenter jurans unam, pejerans vero duas hebdomadas jejunabit.

9. Qui autem ſuperiori maledixerit, aut ei ſe ſe pertinaciter oppoſuerit, hebdomadas binas in carceribus jejunabit.

2. Сꙋдъ неправедный, аще ѹбѡ волею творитъ, санъ свой погꙋбитъ, аще же неразꙋмїемъ, ѿлꙋченъ бꙋдетъ.

3. Иже домостроителствꙋ приставленъ сый, и монастырю тщетꙋ творивъ, аще ѹбѡ нерадѣнїемъ, да ѿлꙋчитсѧ, аще же волею лꙋкавою, сана своегѡ да извержетсѧ.

4. Аще намѣстникъ Игꙋменꙋ, или сей Архїмандрїтꙋ, вси же сїи непокоривыхъ себе и жестоковыйнныхъ покажꙋтъ Епкопꙋ своемꙋ, сана лишенїю да подлежатъ.

5. Иже на бжтвенное послѣдованїе кромѣ благословныѧ вины прїити закоснитъ, и на млтвѣ празднословствꙋетъ, смѣетсѧ, глꙋмитсѧ, или из церкви кромѣ всѧкїѧ нꙋжды исходитъ, прочимъ при трапезѣ сѣдѧщымъ Н. метанїи да сотворитъ, и такѡ прощенїе ѿ настоѧтелѧ прїемъ, к трапезѣ да сѣдитъ.

6. А иже здравъ сый церковное послѣдованїе пренебрежетъ, седмицꙋ единꙋ да поститсѧ.

7. Иже брата своего проклинаетъ, или ѕлословитъ, седмицꙋ единꙋ да поститсѧ.

8. Во тщѐ часто клєнꙋвыйсѧ единꙋ, клѧтвопрестꙋпникъ же, и ложнѡ кленꙋвыйсѧ, двѣ седмицѣ да поститсѧ.

9. Иже настоѧтелѧ ѕлословитъ, или жестоковыйнна себе емꙋ покажетъ, въ темницꙋ вжажденъ двѣ седмицѣ да поститсѧ.

10. Si quis alteri offensus, citra reconciliationem, aut ministerium divinum peragat, aut ad S. Communionem accedat, hebdomadam unam a cæteris segregetur.

11. Qui cuipiam detrahit vagus calumniator, a reliquorum consortio hebdomadam unam separetur.

12. Si quis leviter forte a fratre læsus, & veniam rogatus, eam denegaverit, parem cum lædente sustinebit pœnam.

13. Gravior autem offensa, utut delicto forte per reconciliationem exstincto, ad monasterii judicem deferenda erit. Licet enim effectus, subsecuta fors venia tollatur, & læso per hoc satisfieri possit, reatus tamen, disciplinæ conservandæ caussa, publicam poscit vindictam.

14. Qui alterum vel leviter, serio tamen percusserit, manibus, ut per idem, per quod peccaverat, puniatur, fortiter vinctis, in carcere hebdomadam unam delitescet.

15. Si vero plures, & vehementiores inflixerit plagas, ita, ut vibices, aut vulnera remaneant, doloresque subsequantur, pœna conventus judicio exasperabitur.

16. Similiter etiam, si monachus Hieromonachum percusserit.

17. Contentiosus, & litigiosus, si semel iterumque acrius commone-

10. Аще кто вражду имѣяй на кого, не примирившийся же съ нимъ, или літургисати, или причаститися дерзнетъ, ѿ прочихъ седмицу едину да разлучится.

11. Охуливый кого бездѣлный оглаголникъ, ѿ прочихъ сожительства седмицу едину да отлучится.

12. Аще кто ѿ брата своегѡ мало нѣчто оубреждень, другу прощеніе просящему дати не хощетъ, равную со оубредившимъ да поиметъ казнь.

13. Вящшую же обиду, аще и заглажено оуже будетъ согрѣшеніе прощеніемъ, монастырскому судіи всячески подобаетъ донести. Аще бо и оутолися оубрежденіе данымъ негли прощеніемъ, и оубреждень сице довлетвореніе оуже пріятъ, злоба обаче, ко оутвержденію чиноправленія, явное ищетъ наказаніе и ѡмщеніе.

14. Иже другаго волею оударивый, аще и не велми оударитъ, руками крѣпко связанныма, якѡ дабы в томъ страдалъ, в чемъ и согрѣшилъ есть, седмицу едину в темницѣ затворенъ да будетъ.

15. Аще же многія и тяжкія на немъ сотворитъ раны, якѡ и болѣзнемъ ѿтуду родитися, и язвамъ на тѣлѣ ѡстати, казнь соборнымъ разсужденіемъ да ѡжесточится.

16. Равнѣ аще монахъ священномонаха оударитъ.

17. Сварливый и распры творяй, аще по нѣкихъ острыхъ оувѣщаніяхъ не хощетъ

и

nefactus resipiscere nolit, seu jejunio, seu segregatione puniatur.

18. Qui jejunium proterve solverit, aut cupedias nescio quas clanculum voraverit, quoadusque superior judicaverit, revera jejunabit.

19. Si quis quidquam furatus fuerit intra monasterium, re quidem restituta hebdomadam unam jejunabit; si autem res forte fungibilis consumpta jam fuerit, Conventus pœnam, uti damno maxime congruum fuerit, augebit.

20. Qui a fratre quomodocunque læsus, rem superiori deferre renuit, sed judicem quasi proprium acturus, ipse vindictam sumpserit, pœnam, quam lædens incurrit, geminam sustinebit.

21. Confessarius, aut Ephemerius vocati ad ea, quæ sunt officii, si illico non comparuerint, nisi mora damnum causaverit irreparabile, negligentiæ pœnas, octo dierum jejunio dabunt.

22. Si vero longior ista cunctatio perniciem (quod absit) pepererit, jejunio duriori emacerati, muneri imposito vel inviti satisfacere cogentur.

23. In mendacio deprehensus, L. metanias, seu humi prostrationes faciet, cæteris ad mensam discumbentibus.

исправитися, или постомъ, или ѿлꙋченїемъ наказанъ да бꙋдетъ.

18. Иже постъ дерзостнѡ разрѣшитъ, или сластопитанїа не вѣмъ каковаѧ тайнѡ ѧстъ, донелѣже настоѧтель повелитъ, по истинѣ да поститсѧ.

19. Аще кто внꙋтрь монастыра что ꙋкрадетъ, вещь ꙋбѡ возвративъ, седмицꙋ единꙋ да поститсѧ, аще же вещь та не бꙋдетъ ꙋже, соборъ якоже вышшей тщетѣ сходнѣйше бꙋдетъ, наказанїе да ѡжесточитъ.

20. Иже ѿ брата каковымъ либо образомъ ꙋврежденъ сый, сбывшеесѧ настоѧтелю не хощетъ возвѣстити, но аки сꙋдїѧ самъ ѿмщенїе творитъ, наказанїе ꙋвредившемꙋ его нанесенное сꙋгꙋбѡ да понесетъ.

21. Дꙋховникъ, или чредный сщенникъ, аще на сщеннодѣйствїе, имже должны сꙋть званы бывше, абїе не пойдꙋтъ, и аще ꙋбѡ замедленїе ихъ таковое, невозвратимꙋю нѣкꙋю гибель не нанесетъ, нерадѣнїѧ грѣхъ ѡсмодневнымъ постомъ да заглададтъ.

22. Аще же долгое таковое ихъ закоснѣнїе (еже не бꙋди) гибель каковꙋю родитъ, острѣйшимъ постомъ измꙋчени, наложенное имъ званїе добрѣ исполнѧти, и нехотѧще да принꙋждаютсѧ.

23. Аще кто во лжи ꙋловленъ бꙋдетъ, прочимъ окрестъ трапезы сѣдѧщымъ н метанїи да творитъ.

24. Qui vero falſum dederit teſtimonium contra fratrem, quam accuſatus ferre debuiſſet pœnam, geminam ſuſtinebit.

25. Qui præſcriptas ſingulis horis exercitationes negligendo, tempus vel otio inani, vel alia forte inutilia agendo adterit, ſemel atque iterum durius admonitus, ad operas ſerviles, reliquis fratribus per dies aliquot præſtandas, condemnabitur.

26. Qui interdiu, ſalva cœteroquin valetudine dormire præſumpſerit, huic lectiſternia omnia adimantur, & tres noctes ad minimum ſuper nudis tantum aſſeribus cubabit.

27. Qui ſciens mulierem intra limina monaſterii admiſerit, in carceres detruſus, ſemeſtre ibi tranſiget.

28. Si fratres, quamvis bini, tamen citra præfecti ſcitum e monaſterio egreſſi, in ſuſpectam, & a præfecto jam forte prohibitam domum intraverint, menſem integrum Xerophagiis tranſigent.

29. Qui vero, cum præfecti licet benedictione egreſſi idem præſumpſerint, aut longius a ſe invicem diſceſſerint mutuo forte conſenſu, cellæ ſuæ incluſi, binas hebdomadas rigidiſſimo tranſigent jejunio.

30. Qui vero ſolus citra ſuperioris conſenſum elapſus fuerit, men-

24. А҆ и҆̀же на бра́та ло́жное сотво́рившїй свидѣ́тельство, ю҆́же поема́ленный претерпѣ́ти и҆мѣ́лъ ка́знь, то́й са́мъ сугꙋ́бꙋ да поднесе́тъ.

25. И҆́же предписа́нныѧ на всѧ́къ ча́съ подвиза́нїѧ пренебрега́ѧ, вре́мѧ и҆лѝ бездѣ́лїемъ, и҆лѝ неподо́бныѧ нѣ́кїѧ и҆ безпол́езныѧ творѧ́щи провожда́етъ, по пе́рвомъ и҆ второ́мъ ᲂу҆вѣща́нїи, е҆́же про́чимъ бра́тїѧмъ ра́бскїѧ слꙋ́жбы на нѣ́кїѧ дни̑ твори́ти, ѡ҆сꙋжде́нъ да бꙋ́детъ.

26. И҆́же здра́въ сы́й и҆ цѣ́лъ, дне́мъ ᲂу҆снꙋ́ти дерзне́тъ, семꙋ̀ и҆́же во о҆́дрѣ постла́нїѧ всѧ̑ да во́змꙋтсѧ, и҆ три̑ но́щи на са́мыхъ дска́хъ да спи́тъ.

27. И҆́же вѣ́дѣнїемъ женꙋ̀ внꙋ́трь мн҃стырѧ пꙋсти́тъ, по́лъ лѣ́та въ темни́цѣ да сто́итъ.

28. Бра́та а҆́ще и҆ два̀, но настоѧ́телю невѣ́дꙋщꙋ и҆з̾ мн҃стырѧ и҆зше́дша, въ подозре́нный же, и҆ ѿ настоѧ́телѧ запреще́нный нѣ́кїй до́мъ вше́дша, мц҃ъ є҆ди́нъ сꙋ́хо да ꙗ҆дѧ́тъ.

29. А҆ и҆́же съ настоѧ́телѧ ᲂу҆бѡ бл҃гослове́нїемъ и҆зше́дша, и҆ то́жде дерзнꙋ́вша, и҆лѝ междоꙋсо́бнымъ согла́сїемъ дале́че дрꙋ́гъ ѿ дрꙋ́га разлꙋчи́вшасѧ, въ ке́ллїи свое́й затворе́на, двѣ̑ седми́цѣ строжа́йшимъ посто́мъ да провѣдꙋ́тъ.

30. А҆ и҆́же са́мъ є҆ди́нъ без̾ соизволе́нїѧ настоѧ́телева и҆збѣ́гъ, мц҃ъ є҆ди́нъ:

А

umensem unum; & qui noctem plane extra monasterium transegerit, tres menses in carceribus jejunio macerabitur.

31. Si quis tenebrio, ostiarium, turpi suo conatui forte resistentem, aut conviciis adgressus fuerit, aut muneribus corrumpere voluerit, mensem unum in carceribus jejunus transiget.

32. Si vero perfidus ostiarius, fratrem vagabundum, clanculum aut egredi aut redire passus fuerit, si quidem disciplinam monasterii custodire noluit, ipse munere spoliatus, carcerum feret custodiam eousque, donec Episcopi misericordia libertatem ei restituerit.

33. Si quis a muliere forte vocatus, utut cum benedictione praefecti, paullo ultra ostium egressus, cominus cum ea, aut familiarius locutus fuerit, aut etiam clam mussitaverit, vel manus ejus blandius contrectando, aut etiam liberius forte ridendo, sermonem cum ea justo longius produxerit, integrae hebdomadae jejunio poenitentiam aget.

34. Si fratres peregrinantes, non longe alias distante quodam monasterio, in cauponam, aut privatam quamcunque domum secedere, ibique noctare maluerint. inobedientiam duarum hebdomadum jejunio diluent.

а̂ и҆́же но́щь всю̀ внѣ̀ мнтыря провестѝ дерзну́вый, трѝ мцы в҆ темницѣ̀ посто́мъ да и҆змꙋ́чится.

31. А҆́ще кто̀ но́щный вра́нъ, две́рника неподо́бномꙋ нѣглѝ намѣ́ренїю своемꙋ̀ противля́ющася, и҆лѝ злосло́витъ, и҆ли дарми растлѣ́ти покꙋ́сится, мцъ є҆ди́нъ в҆ темни́цѣ да пости́тся.

32. А҆́ще же невѣ́рный две́рникъ скита́ющагося бра́та, и҆лѝ и҆сходя́ща те́рпитъ, и҆лѝ входя́ща прїе́млетъ, занѐ чиноправле́нїе не хотя́ше храни́ти, самъ зва́нїя своегѡ̀ лише́нъ, темни́цы да те́рпитъ хране́нїе, до́ндеже бла́гость є҆пкопа и҆з-метъ є҆го̀ ѿтꙋ́дꙋ.

33. А҆́ще кто̀ жено́ю нѣглѝ по́званъ, съ блгослове́нїемъ ѹ҆бѡ настоя́тела, ма-лѡ да́лше ѿ двере́й мнтыря ѿстꙋ́питъ, бли́зъ є҆̀ѧ любо́внѣе с҆ не́ю бесѣ́дꙋетъ, и҆лѝ та́йнѡ ше́пщетъ, и҆лѝ рꙋ́ки є҆̀ѧ мя́гкѡ ѡ҆ся́жетъ, и҆лѝ безчи́ннѣ съ не́ю смѣ́ется, и҆ бесѣ́дꙋ па́че подоба́ю-щагѡ продолжи́тъ, седми́цꙋ є҆ди́нꙋ да пости́тся.

34. А҆́ще пꙋтеше́ствꙋюща, бли́зъ сꙋ́щꙋ и҆-на́че мнтырю нѣ́коемꙋ, в҆ гости́ницꙋ, и҆лѝ въ кі́йлибо собстве́нный до́мъ вни́дꙋтъ, и҆ та́мѡ но́щь проведꙋ́тъ, ѡ҆слꙋша́нїя ра́ди своегѡ̀ двѣ̀ седми́цѣ да постя́тся.

35. Qui ad menſam, limites modeſtiæ exceſſerit, id eſt inaniter garrierit, riſerit, cibum voracius ſumpſerit, potum avidius hauſerit, mappam, aut mantile jurulentis conſpurcaverit, poſt unam alteramve increpationem a menſa amandatus, L. metanias illico facere, & ad cœnam usque jejunus manere jubebitur.

36. Qui delicatior forte, cibos viliores faſtidiens, aut præfecti parſimoniam, aut victus monaſtici aſperitatem licencioſe vituperaverit, ſtrictiori unius hebdomadis jejunio, quod prius contemnebat, ſapidius efficiet.

37. Refectorii lector, ſi inter legendum errorem, aut quidquam immodeſti commiſerit; & Trapezarius, ſi circa menſæ miniſterium quidquam neglexerit; mox cum ſecunda adparabitur menſa, antequam adcumbant, errorem L. metaniis expiabunt.

38. Qui ſeu ab hoſpitibus, ſeu ab alio quocunque quidpiam pecuniæ emungere, aut aliam vel leviſſimam rem emendicare tentaverit, turpis avaritiæ pœnas ſeveriſſimis carceribus, & ſi in officio quodam fuerit conſtitutus, muneris etiam amiſſione dabit.

39. Qui veſtium vilitatem procacius vituperaverit, eas a maculis non ſedulo purgaverit, aut propria

35 И҆́же при трапе́зѣ предѣ́лы че́стности и҆ бл҃гочи́нниꙗ преступи́тъ, то̀ є҆́сть: праздносло́витъ, смѣ́етсѧ, лако́мо ꙗ҆де́тъ и҆ пїе́тъ, плащани́цꙋ и҆лѝ сꙋда́ръ ѡ҆скверни́тъ, по пе́рвомъ и҆ вто́ромъ ѡ҆бличе́нїи ѿ трапе́зы ѿсла́нъ Н. метанїи а҆́бїе да сотвори́тъ, и҆ да не ꙗ҆́стъ да́же до ве́чери.

36. А҆́ще кто̀ сластопита́нъ сы́й, ѻ҆бы́чныхъ, и҆ ᲂу҆добостажа́емыхъ пи́щъ гнꙋша́етсѧ, и҆лѝ на щадли́вость настоѧ́тела, и҆лѝ на ѻ҆строт́ꙋ мона́шескагѡ жи́тїѧ де́рзостнѡ хꙋ́литъ, ѻ҆стрѣ́йшымъ є҆ди́ныѧ седми́цы посто́мъ, є҆́же пре́жде презрѣ́лъ бѣ̀, сла́дко и҆ прїѧ́тно да сотвори́тъ.

37. Чте́цъ и҆́же при трапе́зѣ, а҆́ще въ чте́нїи погрѣши́тъ, и҆лѝ и҆́но что̀ неподо́бно сотвори́тъ, та́кожде же и҆ трапе́зарь, а҆́ще что̀ въ слꙋже́нїи свое́мъ пренебреже́тъ, є҆гда̀ втора́ѧ ᲂу҆строѧ́етсѧ трапе́за, пре́жде не́же сѣ́сти и҆́мꙋтъ, согрѣше́нїе своѐ Н. мета́нїами да загла́дѧтъ.

38. И҆́же, и҆лѝ ѿ госте́й, и҆лѝ ѿ кого́либо и҆на́гѡ, пѣ́нѧзы, и҆лѝ и҆́нꙋю како́вꙋюлибо ве́щь и҆спроси́ти де́рзнетъ, скве́рнагѡ ра́ди сребролю́бїѧ, и҆ любостѧжа́нїѧ своегѡ̀, лютѣ́йшꙋю темни́цꙋ да терпи́тъ, и҆ а҆́ще въ ко́емъ достои́нствѣ бꙋ́детъ, и҆ тогѡ̀ да лиши́тсѧ.

39. И҆́же хꙋ́дость ѡ҆дѣѧ́нїй злоде́рзостнѣ ѡ҆хꙋлѧ́етъ, тѣ́хъ ѡ҆ка́лѧнное прилѣ́жнѡ не ѡ҆чи́ститъ, и҆лѝ самово́льною зло́бою

пре́ж-

pria protervia justo maturius dilaceraverit, interim quidem quoties in iis recentem quandam læsionem, v. c: hiatum, aut maculam obſervaverit ſuperior, dierum aliquot jejunio caſtigabitur; cum autem novam accepturus apud ſuperiorem inſtiterit, hæc ei in pœnam, ſaltim ad tempus denegabitur.

40. Qui ſine cucullo, aut zona intra monaſterium oberraverit, negligentiæ pœnas faciendis per aliquot dies ſub refectione L. metaniis dabit.

41. Qui recens induſium, aut ſubligar die ſtatuto induere neglexerit, æque ut diſcincte incedens, metaniis per dies aliquot, decentiorem vitam docebitur.

42. Qui circa veſtes linteas lotricis alterius, quam conductæ opera uſus fuerit, a reliquorum conſortio hebdomadam unam ſegregetur.

43. Qui domi exiſtens, ob fores clauſas, ſemel iterumque increpatus, tamen eas obſtruxerit, turpitudinis quaſi convictus, propriæ cellæ revera includetur, ibique hebdomadam unam jejunio caſtigabitur.

44. Quicunque e fratribus, præter ſuperiorem, foribus non pulſatis, in alterius cellam irruperit, aut ipſe incola (excipe iterum ſuperiorem) modeſte pulſanti reſpon-

прежде времене раздеретъ. между тѣмъ убо, елижды аще настоятель в нихъ новый нѣкій вредъ усмотритъ, напрім. раздоръ, или порокъ, нѣколико дней постомъ наказанъ да будетъ; егда же новую ризу искати хотящъ, къ настоятелю пріидетъ, сей просимое поне на время отрекъ, тщетна его да отпуститъ.

40. Аще кто безъ капи и поаса внутрь монастыра скитаетса, распустное житіе свое, творимыми при обѣдѣ на нѣкіа дни Н метаніами да исправитъ.

41. Иже чистую срачицу и гаще въ день опредѣленный на себе взати пренебрежетъ, равнѣ якоже и распустно ходай, нѣколико дній метаніами благочинному житію да научитса.

42. Иже платныа ризы своа собственнѣй нѣкоей перилѣ кромѣ наемленныа, на исправленіе и опраніе даетъ, от прочихъ содружества седмицу едину да отлучитса.

43. Иже въ келліи своей сущъ, затворенныхъ ради дверей первое и второе обличенъ бывъ, тіа паки затворитъ, аки о неподобномъ нѣкоемъ дѣланіи совершеннѣ обличенъ сый, въ келліи своей по истинѣ да затворитса, и тамо седмицу едину да поститса.

44. Иже от братій, развѣ настоятела, въ двери прежде не толкнувъ, въ чуждую келлію напраснѣ внити дерзнетъ, или самъ келліи тоа бывател (кромѣ настоятела) тихо ударающему

ſum

отвѣ-

ſum negaverit, humanitatem, metaniis docebitur.

45. Qui in cellam alterius neceſſitate forte compulſi convenere, poſtea in ſcurrilia quæque v. c. cachinnum, verba obſcœna, & laſciva, hisque ſimilia effunduntur, unius hebdomadæ ſegregatione caſtigentur.

46. Si quis ex alterius cella egrediens, fores vehementiori impetu clauſerit, ita ut ſtrepitus non parvus oriatur, modeſtiam metaniis docebitur.

47. Qui cellam ſuam everrere, lectum concinnare, & ſingula ordine decenti diſponere, aut parietem nocturnis forte ſputis conſpurcatum diligenter detergere, vel unico die neglexerit, ad ſingulas has operas, pro judicio ſuperioris, vel toti conventui, vel aliquibus tantum fratribus, longius breviusve præſtandas condemnetur.

48. Excitator (ſi monachus ſit) fratres juſto tempore non expergefaciens, eo quod ſomno forte plus indulſerit, profundum ſoporem ſtrictiori dierum aliquot jejunio pellet.

49. Qui a ſuperiore ad infirmi miniſterium conſtituti, ire recuſaverint, aut languenti non fideliter miniſtraverint, hebdomadam unam incluſi jejunabunt.

ѿвѣта не дастъ, учтивости метаніями да научится.

45. Иже въ чуждую келлію, нужды ради нѣкія собравшеся, послѣди на неподобная нѣкая, на прим. безгодный смѣхъ, срамныя и блудныя рѣчи, и симъ подобная впустятся, единыя седмицы ѿлученіемъ да будутъ наказаны.

46. Аще кто изъ чуждыя келліи исходящъ, врата толь сильно затворитъ, яко шуму немалу быти ѿ того, тихости метаніями да научится.

47. Иже келлію свою ѿчистити, ложе простерти, и вся благочинно расположити, или стѣну нощнымъ негли плюновеніемъ ѡскверненную, прилѣжно ѡчистити, поне единъ день пренебрежетъ, тому вся сія службы по разсужденію настоятелеву, или всему братству, или нѣкимъ токмо братіамъ творитися имущія, на множае, или меншее время да наложатся.

48. Будилникъ (аще монахъ есть) братію в пристойное время, глубочайшаго сна ради не возбудивъ, вредителную сію, юже ѿ сна лѣность, нѣколико дній постомъ да разгонитъ.

49. На послуженіе болнагѡ, настоятелемъ ѡпредѣленныи, аще не хощутъ ити, или болящему невѣрнѡ служатъ, седмицу едину затворенны да постятся.

50. Qui præter constitutos infirmum accedunt, eumque molestant, metaniis coercebuntur.

51. Qui vero clanculum quid infirmo, quod ipse forte appetebat, præsertim si adversum sit, suppeditaverit, unam hebdomadam jejunabit.

52. Hiero - & monachus venereæ libidinis convictus, durissimis primum carceribus satis castigatus, statu monastico privabitur, & e monasterio cum ignominia ejicietur.

Quælibet autem, illata cuipiam pœna, adjectis modo simul & caussa ejus, in singulari quodam, visitatoribus certe exhibendo libro notabitur.

50. И҆́же кромѣ̀ ѡ҆предѣлє́нныхъ, къ бо́лномꙋ прихо́дѧтъ, и҆ доса́ды є҆мꙋ̀ дѣ́ютъ, мета́нїами да нака́занны бꙋ́дꙋтъ.

51. А҆ и҆́же бо́лномꙋ нѣ́что та́йнѡ пода́сть, є҆́же то́й жела́ше, и҆зра́днѣ же, а҆́ще проти́вно бꙋ́детъ є҆мꙋ̀ и губи́телно, седми́цꙋ є҆ди́нꙋ да пости́тсѧ.

52. А҆́ще сщ҃енно - и҆ мона́хъ въ блꙋдѣ̀ ꙗ҆́тъ, и҆лѝ ѡ҆ то́мъ дово́лнѡ и҆зѡбличе́нъ бꙋ́детъ, въ пе́рвыхъ ꙋ҆бѡ ѡ҆стрѣ́йшею темни́цею дово́лнѡ и҆змꙋче́нъ, пото́мъ же чи́на мона́шескагѡ совлече́нъ, и҆з̾ мнⷭ҇ты́рѧ со срамото́ю да и҆зве́ржетсѧ.

Вса́кое же коемꙋ́либо нанесе́нное наказа́нїе, съ на́чиномъ вкꙋ́пѣ и҆ вино́ю є҆гѡ̀, въ собствє́ннѣй, и҆ посѣти́телемъ вса́чески предста́витисѧ и҆мꙋ́щей кни́зѣ, да напи́шетсѧ.

50. [illegible]

51. [illegible]

52. [illegible]

[illegible]

50. Qui praeter confiteri infirmum accedunt, cumque molestant, mentis coercebuntur.

51. Qui vero clanculum quid infirmo, quod ipse forte appetebat, praesertim si adventum sit, suppeditaverit, unam hebdomadam jejunabit.

52. Hiero - & monachus venereae libidinis convictus, durissimis primum carceribus facta castigatus, statu monastico privabitur, & e monasterio cum ignominia ejicietur.

Quaelibet autem, illata cuipiam poena, adjectis modo sumi & causa ejus, in singulari quodam visitatoribus certe exhibendo libro notabitur.

БИБЛИОТЕКА МАТИЦЕ СРПСКЕ
Р18Ср IV 15.1